Vlterius de circunstantia obiecti mouentur dubitationes: quoniam vt dicit sanctus Thomas, precipue circunstantie in humanis actibus attendende sunt circunstantia obiecti & circũstantia finis, ratio est. penes diuersitatem specificam obiecti vel finis variatur distinctio specifica virtutis & vicii. Occasione huius dubitatur primo vtrum magnitudo seu pluralitas seu perfectio obiecti augeat maliciam actus mali. hoc est querere si essent duo actus quorum vnus fertur precise super vnum obiectum/alter super plura vel vnus super obiectũ minus perfectũ/alter super perfectius a n semper secundus actus sit grauior q̃ primus & hoc ceteris omnibus aliis paribus, puta cum equali intentione & conatu: & cetera/ exẽplum vt sortes vult occidere vnum hominem & plato duos eadem volitione/an volitio platonis sit peior, similiter sortes vult furari paruũ q̃d: & plato magnum quid an plato plus peccet. Arguitur ꝙ non. plato qui plus furatur habet maius incitatiuũ ad furandum q̃ sortes: ergo minus peccat: tꝫ cõseq̃ntia. quoniam dicit beatus Augustinus, & recitat magister sentẽtiarũ in quarto. Plus peccat qui for

nicat̃ cũ turpi q̃ q cũ pulcra qa h₃ min⁹ allectiuũ ¶ Scđo arguit̃,quia tunc seq̃ret̃ ꝙ posset dari a-ctus ĩfinite malicie vel grauitatis,pt₃ sic,si velle oc-cidere duos sit grauius pc̃tm̃ q̃ velle occidere vnũ ergo velle occidere infinitos est infinite malicie. Idẽ argm̃ cõmuniter fit ad probandũ ꝙ pc̃tm̃ in deũ ẽ infinite malicie cũ pc̃tm̃ in ꝓximũ cõmissũ est aliquantule malicie & in alterũ meliorẽ com-missũ maioris malicie:ergo in deũ pc̃tm̃ cõmissu₃ debet eẽ infinite malicie cũ de⁹ sit infinite boni-tatis & perfectiõis. ¶ Ad hoc dubiũ dico:ꝙ cir-cunstãtia obiecti aggrauat actũ malũ.vt qui vult plus furari ceteris parib⁹ plus peccat q̃ ille q vult furari minus. Et ad argm̃ ille qui vult plus furari habet maius allectiuũ ergo min⁹ peccat.nego cõ-sequẽtiã.& rõ ẽ quia q̃uis allici sit circunstãtia di-minuẽs: est tamen vna altera magis aggrauans in obiecto scilicet damnificatio proximi. sed qui fornicatur ceteris omnibus aliis paribus preterq̃ ꝙ vna ẽ pulcra/alia turpis, minus peccat qui for-nicatur cũ pulcra.quia nõ ẽ ibi nisi circũstãtia al-liciẽs.Sed in casu de furto ẽ vnũ aliud in obiecto puta dãnificatio in proximo qđ magis aggrauat q̃ illud allicere diminuat. ¶ Ad aliud de volitio-ne occidendi negatur prima cõsequẽtia:& ad ꝓ-bationem adductam volitio occidendi duos est peior volitione occidendi vnum: & volitio occi-dendi quattuor peior q̃ volitio occidendi tres, & sic in infinitum,ergo volitio occidendi infinitos

homines erit infinite malicie. concesso antecedē te negatur consequentia: quia non oportet q̄ si sint infiniti actus quorum malicia secundi excedit maliciam primi in aliqua proportione: & malicia tertii excedat malitiam secundi in aliqua ꝓportione: & sic in infinitum: q̄ actus malus qui excederet quemlibet illorum esset infinite malicie: sed ad bñ arguēdū oportet q̄ malicia scđi excederet maliciā primi in aliqua ꝓportiōe, q̄ in tāta proportiōe malicia tertii actus vel quarti excederet maliciam secundi, & sic in infinitum seruando eandē ꝓportionē, tunc si dareť aliquis actus malus excedens quemlibet illorum talis eēt infinite malicie, Sed in argumēto ꝓposito nō ē ita. quia licet volitio occidēdi duos sit peior q̄ volitio occidēdi vnuз. nō opз tñ q̄ sit in duplo peior, nec volitio occidendi quattuor ē in duplo peior volitione occidēdi duos: ceteris aliis paribus, qm̄ lз dupletur vna circūstantia aggrauans maliciam actus: puta circūstantia obiecti nō opз tñ q̄ malicia actus dupletur: sed ad maliciam actus duplari: requiriť q̄ oēs circunstantie aggrauantes talē actū duplentur: modo volitio occidendi vnum hominem distinctius fertur in suum obiectum q̄ volitio occidendi mille. & penes hoc qđ est distinctius ferre. attenditur etiam grauitas & malicia peccati.

Scđo dubitať casu posito q̄ sit duo quoruз vn⁹ ē bon⁹: & in gr̄a & alter mal⁹ & in pc̄tō

mortali: & sciã probabiliter illos tales se habere an volitio occidendi sortem scitum esse in peccato sit grauior q̃ volitio occidendi platonẽ scitum esse in gratia. ¶ Ad hoc dubiũ r̃ndet monachus ꝙ sic, quia occisio illius mali est peior q̃ occisio illius boni. eo ꝙ ille qui occidit malũ est causa sue mortis corporalis: & etiam damnationis: qui autem occiderit bonũ nõ eẽt cã nisi sue mortis corporalis. Et q̃uis nõ subueniendo bono sit vna circunstãtia que aggrauat, sc3 bonitas, est tñ in alio alia circũstãtia, sc3 dãnatio: q̃ magis aggrauat.

¶ Correlarie seq̃r scd̃m eum ꝙ vbi vterq3 illorũ scilicet bonus & malus cognitus a me esse talis esset in extrema necessitate: & ego haberem solum vnum panem per quem possum succurrere vni illorum. & non cuilibet: maiori obligatione teneretur succurrere malo q̃ bono. Sed oppositum huius solutionis est eque probabile,

¶ Sed de circunstantia loci & tẽporis mouetur tale dubiũ, vtrũ talis circũstãtia augeat bonitatem actus. & similiter eius malitiã. R̃ndeẽ ꝙ hoc dubiũ potest duobus modis itelligi. Vno mõ ꝙ actus elicitus in vno loco vel in vno tempore sit peior q̃ similis elicitus in alio loco vel alio tẽpore. vt sortes existẽs in ecclesia & plato in domo prophana: vterq3 illorum elicit volitionem furãdi ceteris omnibus aliis paribus hoc excepto: ꝙ sortes est in ecclesia, plato vero nõ. & itelligo ꝙ licet sortes sit i ecclesia nõ tñ elicit volitionẽ furãdi rẽ

ecclesie:ita q volitio furādi in sorte non habet ecclesiā pro obiecto sed p circūstātia assistēte solū. & tūc dico ad dubiū q nō opȝ vnū illorū plus peccare q̄ alterū, ymo equaliter peccāt: & hoc dȝ intelligi nisi rōe loci in quo sortes ē obligaretur ad orare, vel aliquid simile quod repugnet volitioni furādi, qm̄ tūc peccaret pluſq̄ plato. Aliomō intelligitur q locus aggrauet: qn̄ scȝ locus est obiectū ptiale ipsius actus, & hoc est verum, qm̄ volitio furādi res alienas in ecclesia exn̄tes ē grauior q̄ volitio furādi res aliēas nō exn̄tes i ecclesia. qa primus actus est sacrilegium & secūdus ē simplex furtum. Eodemmodo dicendū ē de ista circūstātia tp̄is, puta q tp̄s nō aggrauat actū nisi sit eius partiale obiectum, vt si quis eliciat volitionē adulterādi pro die dominico siue eliciat illā volitionem dominica die: vel altera die, tunc tp̄s aggrauat, quia tali tp̄e plus obligatur desistere ab illo opere q̄ pro alio tempore. sed quando locus vel tempus non ingreditur rationem obiecti non est necesse q aggrauet actum.

¶ De circunstantia finis que inter ceteras circūstātias ē principalissia mouebūt alique dubitatiōes. Prio tn̄ notādo ex aristotele & aliis doctorib⁹. q duplices sūt actus liberi ipi⁹ volūtatis vn⁹ vocat itētio, alter electio, Vn̄ itētio nihil alid est q̄ volitio alicuius finis qua voluntas fertur in obiectum propter se. Sed electio est volitio vel nolitio qua voluntas fertur in obiectum propter

aliud: vt sortes diligit deum super oia: ex illa dile
ctiõe vult subuenire pauperi vel dicere matutinas
Primus actus vocat̃ intentio Scd̃s vocat̃ electio.
¶ Hoc notato dubitatur primo in quo consistit
causalitas cause finalis in ordine ad suam opa-
tionem cuius dicit̃ causa finalis: & causa dubita-
tionis est. qm̃ plerumꝗ qñ opat̃. agẽs nõ existit
talis finis. videt̃ ergo ꝙ talis finis nõ causat tale
opationẽ & ꝑ cõseq̃ns ille finis nõ dicẽd⁹ ẽ causa
talis operationis ergo neqꝫ causa finalis. ¶ Ad
hoc dubiũ rñdet̃ ꝙ cãlitas cause finalis consistit
in cãlitate effectiua actuum potentie appetitiue:
scilicet, quia amor alicuius adipiscẽdi causat vo-
litionem alicuius conducentis ad illud. Ita breui-
ter proprie loquẽdo ipse finis non mouet operan-
tem: sed potius volitio finis. & finem mouere ope-
rãtem est volitionẽ eius partialiter causare voli-
tionem alterius qua illud est volitũ propter istud
Et ita non sequitur, hoc nõ est ergo hoc nõ cau-
sat: sed habet inferri. ergo non causat in genere
cause efficientis. Quare pꝫ ꝙ aliquid cãre in ge-
nere cause finalis est volitionẽ eius in gñe cause
efficientis causare volitionẽ alterius. Ex isto cla-
re patet veritas huius, finis est causa mediorꝫ ad
finem. hoc est dicere. volitio finis est causa salte
partialis volitionum ipsorum mediorum ad fi-
nem. Scd̃o patet veritas huius propositionis. fi-
nis est primus in intentione & vltimus in exequu-
tione. hoc est dicere. prius insunt cognitio alicui⁹

finis & volitio eius q̃ mediorum ad illum finem Prius tamen fit exequutio illorum mediorum q̃ illius finis adeptio.

¶ Et quia ista dictio propter in communi sermone dicit circunstãtiã cause finalis. occurrit eius equiuocatio declarãda. Pro quo annotet ꝙ frequenter sunt multi fines subordinati, quorum subordinatio ex ipsa voluntate oritur siue ex actibus voluntatis. quorum primus causatur a secũdo: secũdus a tertio, tertiꝰ a q̃rto, & sic de pluribꝰ cuiusmodi eẽnt celebratio, pecunia. substentatio vitæ. beatitudo acquirẽda: & deus: quorũ celebratio ꝑpter pecuniã: pecunia ꝑpter vitæ substẽtationẽ: substẽtatio vitæ ꝑpter acquirãdã btitudinem, beatitudo eterna propter ipsũ deum. Ita ꝙ volitio celebrationis causetur partialiter a volitione pecunie: & volitio pecunie ꝑpter volitionem substẽtatiõis vitæ: & volitio substentatiõis vitæ a volitione acquirẽde btitudis: & volitio acquirẽde btitudis a dilectione ipsius dei. Hoc notato dico ꝙ dupliciter aliquis finis acceptatur a volũtate: ita ꝙ ꝑpter ip̃ʒ sit aliquid volitũ. Vno mõ acceptatur tanq̃ hñs i se aliquam rationem boni siue referatur ad aliud siue non. Alio modo acceptatur tanq̃ vltimus finis simpliciter: & primo modo potest acceptari: licite aliqua creatura tanq̃ finis sed non secundo modo Quare quum queritur: an peccet celebrans pro-

pter pecuniam, distinguendum ē, vel ly propter dicit circunstantiam cause finalis mouētis in qua apparet aliqua ratio boni: & tunc dicendum est q̄ non peccat. Vel ly propter dicit circunstātiam finis simpliciter vltimi acceptati. & tunc dicēdum est q̄ peccat sic celebrans propter pecuniam.

¶ Sed ad propositum occurrit vnum dubium. & secundum in ordine fiat aliqua operatio, puta datio elemosine propter aliquem finem creatum: ita q̄ volitio illius operationis causetur partialiter ab amore illius finis creati. ille tamen finis non referatur actualiter in deum, neq; etiam acceptetur tanq̄ finis simpliciter vltimus omnium an talis operatio sit mala. Et videtur q̄ sic, quoniam ille finis creatus est finis vltimus illi⁹ opationis: ergo talis opatio est mala. ¶ Rn̄dēdum ē q̄ illa operatio in casu posito nō est mala: & ad rōnē adductā: dicēdum ē q̄ licet ille finis creat⁹ sit vltimatus finis de facto: & in actu illius opationis: nihilominus non prestituitur tāq̄ finis simpliciter vltimus, sed tāq̄ medius. ¶ Ex isto p; rn̄sio ad illd̄ dubiū cōe de collatione bn̄ficii ꝑpter seruitiū. an sit actus malus, ymo symonia. Est eīn simonia studiosa volūtas vēdēdi vel emēdi spūale vel annexū spūali. vc; app̄ciando ip̄; tpali, cuiusmodi eēt adequādo valorē: valori. in illo eīn p̄cipue cōsistit simoniacus cōtract⁹. ¶ Tūc dico ad dubiū cū q̄rit̄ an cōferens beneficium propter seruitiū: peccet & cōmittat simoniā: distiguendum ē.

quia vel ly propter dicat circũſtantiam cuiuſdam finis quodã modo mouẽtis ſine quo etiam nõ fieret illud, quiquidẽ finis non acceptatur tãq̃ ſimpliciter vltimus, & tunc dico ꝙ nõ peccat, nec male agit, ſi autẽ ly propter dicat circũſtantiam finis ſimpliciter vltimi, non tamen appreciãdo vnum alteri, vel adequãdo valorem valori, & ſic eſt peccatum, nõ tamen ſimonia. Tertio modo ly propter poteſt dicere circunſtantiam operationis, & adequationis valoris valori, & ſic eſt peccatum, & vera ſimonia. Patet igitur ꝙ multi contractus reputantur ſimoniaci, qui non ſunt tales licet ſint aliunde mali.

Tertio dubitatur de iſto fine ſimpliciter vltimo, puta de ipſo deo in quem omnis humana operatio, ſi debeat eſſe bona eſt referenda formaliter, vel virtualiter, qualiter ſit diligendus, vtrum magis q̃ quodcũq; aliud ens. ¶ Reſpõdet̃ primo prenotando quadrupliciter poteſt intelligi vnum magis diligi altero. ¶ Primo modo magis. id eſt naturalius. ¶ Secũdo modo magis intenſiue ſiue actu magis intẽſo. ¶ Tertio modo magis appreciatiue, puta potius deſiſtendo ab amore vnius q̃ ab amore alteriꝰ dato ocio. ¶ Quarto modo magis. id eſt ad maius bonum. ¶ Eſt nũc difficultas in propoſito quo illorum modorum homo tenet̃ diligere deum magis q̃ ſeipſum vel proximũ. Reſpondendum eſt. non primo modo quoniam vnicuiq; ineſt maior inclinatio naturalis ad diligen-

dum seipsum q̃ aliquid aliud a se. ¶ Item terti modo.i.actu magis intenso nõ tenetur homo a illud,quoniam nullum est preceptum de tali inte sione ipsius actus,ymo frequẽter ex aliquibus ci cũstantiis alliciẽtibus,actu magis intenso dilig pater vel mater vel filius vel amicus q̃ deus etiai non peccando ymomerẽdo. ¶ Sed tertio mod vnusquisq; tenetur ad illud mandatum de dile ctione dei,ita q; ipso dato potius a cuiuslibet al terius amore desistere q̃ ab amore ipsius. Et it etiam quarto modo homo tenetur magis diliger deum q̃ aliquod aliud scilicet ad maius bonu puta volendo ipsum esse deum.Et penes hũc te tiũ modum &quartum dilectionis attẽditur ord charitatis quo homo tenetur magis diligere dei deinde seipsum.deinde proximum.deinde corp proprium.deinde alia secũdum habitudinem a se vel ad aliud puta ad proximum.

Sed occurrit incidentaliter vna difficult qualiter deus magis diligit vnam creaturã q̃ alte Pro quo notandum est q;dilectio dei non est qu litas intẽsibilis vel remissibilis sed est ipsemet de diligẽs,qui nõ denominatur magis vel minus d lectio nisi circumloquutiue: ita q; dicitur mag diligere vnam creaturam q̃ alteram.Quarto mo do.id est ad maius bonum.&isto modo beatos i paradiso vnum diligit magis q̃ alterum/id est a maius bonum siue ad maiorem beatitudinem d bitam meritis eius.Sed difficultas est an viator

neatur magis diligere beatũ q̃ seipsum. isto quar-
to modo. Respondẽdum est ꝙ nõ. Sed dices cõ-
tra quilibet tenetur conformare volũtatem suam
voluntati diuine cognite tali. sed deus magis di-
ligit istum beatum vel illum. illo quarto modo q̃
diligat te, ergo etiam magis teneris diligere illũ
beatum q̃ teipsum. ¶ Respondendum est ad illã
maiorem. duplex est volitio dei. scilicet voluntas
signi. & voluntas beneplaciti. Voluntas signi est
illa qua deus vult nos obligare ad aliquid. Sed
voluntas beneplaciti. est qua deus vult aliqd fieri
vel non fieri & ista est omnium causa effectiua. Et
quemadmodum nullus effectus producitur nisi
deo concurrente ad productionem illius. etiam est
impossibile aliquid aliqualiter se habere nisi deo
volente taliter se habere & ita semper adimple-
retur voluntas beneplaciti ipsius dei. sed non sem
per adimpletur voluntas signi saltem quo ad ex-
sequutionem rei precepte. Isto notato dicendum
est ad illam maiorẽ assumptam ꝙ tenetur vnus-
quisqꝫ se conformare volũtati diuine signi. sed nõ
semper voluntati diuine beneplaciti ipsius dei.
ymo sepe tenetur se deformare diuine voluntati
beneplaciti. vt puta. si circa talem materiam ha-
beat preceptum in oppositum. exempli gratia: oc
cidatur sortes. vult deus ipsum occidi volũtate be
neplaciti tunc certum est me teneri non confor-
mare voluntatem meã voluntati diuine ymo de-
formare scilicet nolendo ipsum occidi.

Quarto principaliter dubitatur qualiter in telligitur illud dictum vulgatum &commune:intentio iudicat homines. Reſpōdetur ꝙ illud dictū habet vniuerſaliter verum de intētione mala, ita ꝙ finis malus ſemper reddit totum opus relatum in ipſum malum. & in actibus indifferentibus finis bonus reddit totum opus bonum, ſecus eſt de actibus ſimpliciter malis & prohibitis. quoniam ſi opus fuerit de ſe malum & prohibitum, in quantulūcūq; finē referatur non reddit ipſum opꝰ bonū, licet fortaſſis aliquādo alleuiatur & diminuitur eiꝰ grauitas propter relationē in bonū & meliorē finē. Quare nō valet iſta cōſequētia. iſte actus factus eſt propter bonū finē. ergo talis actus eſt bonus, quoniam ꝑter circunſtātiam finis ſunt multe alie circunſtantie requiſite ad bene agendum.

Quinto dubitatur vtrū ille actus qui ſimul & ſemel eſt intentio boni finis & electio mali medii, ſit ſimul dicendus bonus & malus. exēplū eſt. vt ex volitione qua volo ſubuenire pauperi propter deū, & ex volitione qua volo furari vt ſubueniā pauperi, cauſat vnus tertiꝰ actus ſecūdū Thomā & OKā, qui eſt volitio furandi & dilectio dei. tūc difficultas eſt an talis tertius actus ſit ſimul & ſemel bonꝰ & malus. Et videt ꝙ ſic ſicut apparet ex dictis ſancti Thome. Siquis habeat vnicā volitionē qua vult furari vt adulteret, talis volitio eſt duplex viciū, eo ꝙ equalet duabus volitionibus.

quarũ vna est furtũ & altera est adulteriũ, ergo similiter volitio q̃ qs vult furari vt subueniat paupi ꝑpter deũ erit furtũ & erit act⁹ charitatis respectu ꝓximi & ꝑ cõsequẽs erit act⁹ bon⁹ & act⁹ malus. Ad hoc dubium respõdetur ꝙ talis tertius actus est solũ mal⁹ & nõ bon⁹, & ratio est quoniã dictamẽ regulatiuũ istius actus. s. istud, furãdũ est vt subueniã pauperi propter deũ est omnino falsũ & erroneũ, & ad argumentũ factũ in oppositũ de volitione qua quis vult furari vt adulteretur concedo ꝙ talis volitio est virtualiter duplex vicium. nec est simile de actu bono. quia plura requirũtur ad actum dici bonũ q̃ viciosum. ¶ Sexto principaliter dubitatur ponẽdo casum ꝙ sortes habeat intentionem bonam circa deum & habeat aliã intentionem venialem respectu vane glorie/ et vltra dictat intellectus eius ꝙ ad cõsequutionem istoꝝ finiũ necessaria est datio elemosine/ & ꝙ ex vtraqꝫ istarum intẽtionum eque principaliter eliciat volitionẽ dandi elemosinam, tunc queritur an talis volitio que fertur super obiectum debitũ propter bonum finem, & etiam eque principaliter super obiectum debitum propter malum finem, an sit bona precise, vel mala precise, vel bona & mala simul. Et probatur primo ꝙ sit bona, quia elicit conformiter ad verum dictamen prudentiale in existẽs. scilicet ad istud. danda est elemosina pauperi propter deum/ & talis volitio dandi est illi totaliter conformis: ergo illa volitio est bona mo

raliter. Et ꝙ ſic mala patet: quia omnis ille act
eſt malus cuius aliquis finis in quem ordinat
eſt malus: igitur.

Ad ſextum dubium reſpōdetur ꝙ talis vo
litio dandi elemoſinam in caſu poſito dubii e
ſimpliciter mala & nullo modo bona. & ad ar
mentum factum concedo ꝙ eſt conformis dict
mini recto: puta huic. danda eſt elemoſina pau
propter deum. ſed hoc non ſufficit ad hoc ꝙ a
quis actus ſit moraliter bonus, ſed vltra requirit
ꝙ non ſit conformis dictamini falſo & errone
modo in caſu dubii illa volitio dandi elemoſi
eſt etiam cōformis huic dictamini erroneo. dā
eſt elemoſina pauperi propter vanam gloriam
Ex quo correlarie ſequitur ꝙ ad bonitatem vo
tionis non ſolum ſufficit poſitio omnium circū
tiarum requiſitarum ad bonitatē actus. ſed vlt
hoc requiritur ꝙ non ponatur aliqua circūſtā
deturpans ipſum actum, modo in predicto ca
dubii ponitur vna circunſtantia deturpans ipſu
actum ſcilicet vana gloria.

Septimo dubitatur vtrum bonitas ipſius
nis diminuat de malitia alicuius actus mali rela
in talem finem exemplum. vt qui vult furari vt d
pauperi propter deum an minus peccet q̃ ille q
vult furari ſine tali relatiōe ceteris omnis parib

¶ Ad hoc dubium reſpondetur ꝙ ſic. & huius ſi

tentie videtur esse magister sententiarum distin ctione quadragesima secundi libri/qui ait. Peior enim est qui concupiscendo q̃ qui miserendo fu ratur. & eiusdem opinionis videt̃ esse Augustinus vigesimosecũdo questione secũda vbi ponit octo genera mendaciorum dicens ꝙ peius est mentiri libidine mentiendi q̃ recreationis causa. & peius recreationis cã q̃ ad saluãdũ bona tpalia ꝓximi. & adhuc pei⁹ ad saluãdũ tpalia proximi q̃ mẽtiri ad saluãdã vitã corporalẽ ipsius & per cõsequens habet̃ ꝙ relatio in bonũ finẽ diminuit/ & in me liorẽ adhuc magis diminuit/q̃a alias vltima tria mẽdacia essent equalis grauitatis, nisi ꝓpter hoc precise ꝙ vnũ istoꝝ refertur in bonũ finẽ, aliud in meliorem. & ita relinquitur de mẽte Augustini & magistri sentẽtiaꝝ ꝙ relatio actus mali in bonũ finẽ diminuit & relatio in meliorẽ plus diminuit. ¶ Sed contra istud arguitur. Qui furat̃ vt det pau peri minus peccat per hoc quod refert in bonum finẽ/ergo circunstantia alicuius finis in infinitum melioris in quẽ referret̃ tale furtum totaliter absor beret maliciam eius, & sic daretur aliquod furtum non de se malum quod implicat/ cum omne fur tum sit de se & intrinsece malum. ¶ Respondet̃ ad hoc argumentum negando consequentiã. quo niam sicut prius dictum est beneficium aggrauat peccatum sed nõ oportet ꝙ infinite maius benefi cium infinite aggrauet. Eodẽ modo nego istã cõ sequẽtiam. Circunstãtia boni finis aliquantulum

diminuit:ergo circunſtantia finis in infinitum
lioris infinite diminuit de malicia/vel abſorb
totam maliciam.conſequentia illa nihil pen
valet. ℂ Sed replicatur ſic & difficulter. Qui
furari vt det pauperi minus peccat propter ta
relationem in bonum finem, ſignetur quant
vel latitudo malicie per quam minus peccat &
vnus gradus,& arguitur ſic. Datur aliqua vol
iurandi que propter paruitatem conatus vel i
tionis eſt ſolum malicie vnius gradus.tunc ſeq
ꝙ ſi talis volitio referretur in ſubuentionem p
peris vel in aliquem meliorem finem totaliter
ſorberetur ſua malicia & ſic daretur aliquis ac
furti ſecluſa omni malicia quod nephas eſt &
ſurdum. ℂ Ad hãc replicam reſpõdetur negã
vltimam conſequentiam factam,& ratio eſt. q
niam relatio facta in eundem finem,maiorẽ q
titatem malicie de maiore peccato diminuit q
minus malo,verũtamen eque proportionabili
geometrice de vtroqꝫ peccato diminuit.hoc eſt
vnum duplum alteri etiam duplum, & ſi vni t
plum alteri etiam triplum & ſic conſequenter
uis duplum vnius excedat,duplum alterius in r
licia/imo aliquãdo in infinitum excedat hoc
longum declarabitur inter legendum.Multa al
poſſunt queri de circunſtantia finis,videlicet a
actus mortalis per hoc ꝙ refertur in finem ma
venialem,an ex tali relatione,mortaliter vel v
nialiter aggrauetur.Sed hoc cum multis aliis

milibus relinquo dominis theologis diſcutien=
dum.

¶ Ex omnibus ſupradictis ſequuntur ali=
q̃ correlaria. ¶ Prim eſt q̃ bonũ morale cõſiſtit
in integritate omnium circunſtãtiarum debitarũ
in eſſe. malum autem morale ex defectu vni⁹ cir
cunſtantiæ debite ineſſe vel ex poſitione alicuius
circunſtãtie male. ita q̃ dupl̃r actus redditur ma=
lus ex circunſtãtia. Primo quia ſibi ineſt aliqua
mala circunſtantia. Scđo: quia ſibi deeſt aliqua
circunſtantia bona ꝓ tunc debita in eſſe. Dicitur
notãter pro tunc debita ineſſe qm̃ nõ ſequitur iſti
actui deeſt talis circunſtãtia bona: ergo eſt actus
malus ſed requiritur q̃ ſit pro tunc debita ineſſe.
¶ Scđꝫ correlarium eſt, difficilius eſt bene mora=
liter agere q̃ male: quia ad bñ operãdum moral̃r
plura requiruntur q̃ ad male operãdum. Sed hæc
difficultas bñ operãdi moraliter nõ ꝓuenit ex pº=
te difficultatis elicitiõis actuum voluntatis. ſꝫ ex
parte humanæ fragilitatis q̃ ab adoleſcẽtia pro=
nior eſt ad malum q̃ ad bonuꝫ Cuius ſunt aliquę
cauſę. Prima cauſa dicta eſt puta quia plura req=
runtur ad bene agẽdum moraliter q̃ ad male agẽ
dum. Secunda cauſa quia preſens indigentia cir
ca hec temporalia magis ſollicitat hominem ad
ſubueniendum ſibi q̃ diſtans & futura indigẽtia
ſupernorum. Item temporalia ſunt nobis conti=
nue preſentia non autem ſuperna. ¶ Tertia cã ẽ

Cōnexio ipsius voluntatis cum ipso appetitu sen
sitiuo. qm̄ naturaliter voluntas nata ē cōdelecta
ri appetitui sensitiuo: ymo quasi sēper cōdelecta
tur nisi occurrat lex superior dictās nō eē cōfor
mādum appetitui sensitiuo propter certum finē:
& quia frequētius ē hō sine talibus iudiciis iā fre
quētius voluntas obtēperat appetitui sensitiuo.
¶ Tertium correlarium Ex oibus dictis hn̄t de
clarare diffinitiōes actus boni moraliter & actus
mali moraliter. per quas constat quid sit virtus &
quid vitium supple actuale.

¶ De virtute habituali.

ET quia duplex est virtus/ scilicet/
actualis & habitualis Virtus actualis
est ipse actus bonus moraliter. Virtus
habitualis est habitus ex tali actu ge
nitus. Occurrit igitur aliquid tractan
dum de ipso habitu. Et diffinitur sic habitus est
quedam qualitas in potentia cognitiua natura
liter genita ex actu vel actibus remanens in ea
transeuntibus actibus/ inclinans habentem im
mediate ad consimiles actus. Dixi notanter qua
litas. pro quo notes: q̄ habitus non est ipsa potē
tia operatiua sed est quedā qualitas sibi impres
sa/ & motiuum huius est experimenta .II. ratio
ne firmatum. quoniam transeuntibus actibus re
peritur ipsa potētia magis incliata & magis pro

pta ad cõsimiles act⁹ q̃ prius. & nulla foret rõ huius nisi transeuntibus actibus fuisset aliquid derelictum in ipsa potẽtia opatia. postea inclinans ipsã ad cõsimiles actus, ergo dereliquitur aliquid in potẽtia. operatur trãseuntibus actib⁹. & illud vocam⁹ habitu3 qui est q̃dã q̃litas inherens ipsi potẽtiæ. ❡ Dixi notãter naturaliter genita. quare notãdum ẽ ꝙ habit⁹ voluntatis aliter gñatur ex actu voluntatis & aliter inclinat ad actu3: qm̃ primum naturaliter & secundum libere, Primum quidẽ naturaliter sic. qm̃ posito actu in voluntate non in libera potestate eius quin in ea causetur hit⁹. q̃re ipsa nõ cõcurrit ptialiter ad productionẽ habitus. sed tñ ipse hitus genit⁹ in voluntate postea nõ producit actum nisi voluntate libere concurrente cum ipso ad productionẽ illi⁹ actus. Quare licet actus voluntatis necessitat ipa3 quoad habitum producendum, habitus tamen productus q̃tumcunq3 intensus non necessitat ipsam voluntatem quoad actum producendum. ❡ Dixi notanter ex actu vel actibus quia potest ex vno actu generari habitus, ymo ex actu vno remisso generabitur remissus habitus secundum remissionem ipsius actus. ❡ Dixi notanter remanens in potentia operatiua transeuntibus actib⁹ pro quo notandum est ꝙ in eadẽ potentia i qua est actus recipitur & producitur ipse habit⁹ vt ex actibus voluntatis generatur habitus in voluntate & ex actibus in intellectu generatur ha-

bitus in intellectu. ¶ Dixi notanter inclinans
postea habentem ꝑ quo notes ꝙ hītum iclinare
ad actum est ptialiter producere actum cum con
cursu ipsius potentię. ¶ Correlarium. Ex istis ꝓ
prietatibus habet̃ ꝙ actus & habitus sūt q̄litates
spē dr̄ntes inherentes eidem potentie. ¶ Dices.
contra. actus freq̄ntat⁹ intēdit hītum: ergo est qua
litas eiusdem spēi cū ipso. Rn̄deo añs in rigore ē
falsum sꝫ debet intelligi intēdi effectiue. id est a-
ctus freq̄ntatus causat nouum habituꝫ ex quo cū
habitu precedenti fit vnus intensior habitus.
¶ Sed hic occurrit difficultas memoranda. An
sit verum ꝙ quilibet habitus inclinat ad prōpte
expedite/ & delectabiliter operādum. Rn̄detur
breuiter ꝙ nō, ꝑpter tertiam particulā. ymo ha-
bitus quidem iclinat ad delectabiliter operāduꝫ
vt habitus genitus ex actibus diligendi. Quidaꝫ
inclinat ad tristabiliter operādū. cuiusmōi habi-
tus genitus ex actibus odiēdi. & quidā est habit⁹
neuter cuiusmōi ē hit⁹ intellectiu⁹ seu intellectua
lis, ¶ Ex his supradictis sequūtur duo correlaria
¶ Primum. non in qualibet potentia in qua est
actus est ponendus habitus. cuiusmodi est poten
tia que post frequētationē actuum non reperitur
magis inclinata ad cōsimiles actus q̄ prius, cuius-
modi est sensus exterior ita ꝙ ex actibus vidēdi
nō generat̃ habitus in visu. ymo gn̄aliter ex nul-
la notitia apprehensiua gn̄atur hit⁹ sed bene ex
notitia indicatiua gn̄atur hit⁹ i intellectu vel in

sensu interiori. ¶ Scdm correlariũ. hitus ipi⁹ voluntatis nõ sunt proprie meritorie, vel demeritorii neq; proprie dicẽdi sunt boni vel mali. sed solum ab extrinseco. eo ꝙ nati sunt inclinare ad tales actus sc; bonos vel malos, stant cũ hit⁹ mali cum gr̃a ymo possunt stare cum btitudie in paradiso, & in inferno habitus boni remanere ꝑossũt in anima. verum ẽ tamẽ ꝙ pro tunc nõ inclinãt ad cõsimiles actus ex quibus geniti sunt. Quare habetur ꝙ sacramẽtum penitẽtię rectę susceptus non delet habitus malos. ¶ Dices: contra. transeunte actu malo remanet aliquid a quo hõ denominatur peccator & nõ nisi habitus. ergo habit⁹ est pc̃m ipsum: & per cõseq̃ns sacramẽtum penitẽtię delet ipsum habitum malum. Rñdẽdum ẽ ꝙ transeunte actu malo remanet in ipso peccatore reatus peccati, qui nihil aliud ẽ q̃ obligatio ad penã eternã cõtracta ex illo actu, & a tali denominatur peccator & nõ a tali habitu & etiã talis obligatio seu reatus tollitur per sacramentum penitentie recte susceptum & non ipse habitus.

¶ Sed vnum summe notandum est, ꝙ dupliciter aliquis habitus inclinat ad actum scilicet immediate: & mediate habitus inclinat immediate solum ad actu; similem in specie illi a quo genitus est. sed habitum mediate inclinare ad aliquid, est mediante proprio actu ꝑtialiter ꝑducere illud, & pono hanc regulam, quilibet habitus

inclinat mediate ad tollēdū illud qđ est impedi
tiuū sui ꝓprii actus,& ad ꝓducēdū illud qđ est
uatiuū sui ꝓprii act⁹ ¶ Sed dubitaret aliquis in
potētia sūt ponēdi habit⁹. Respōdet prio ꝙ nō i
potētia sensitiua exteriori siue cognitiua siue ap
petitiua. sed bene in potētia sēsitiua interiori tā
cognitiua q̄ appetitiua. Similiter in potētia sup
riori tā in intellectu tā & in volūtate sunt ponē
habitus. Ex isto claret in qua potētia sit ponend
virtus subiectiue nō in potētia sensitiua exterio
quia actus sui non sunt liberi neq3 etiam in potē
tia sensitiua interiori eadem ratione sed ipsa vo
luntate cuius proprium est libertas.

Sed occurrunt alique dubitationes moue
de. Prima dubitatur qualiter se habet virtus in p
tentia superiori in ordine ad passiones & inclin
tiones naturales ipsius appetitus sensitiui. Resp
det breuiter ꝙ ipsa potētia supior p virtutē illi
herētē h3 refrenare & moderare passiones ipsi
appetit⁹ sensitiui, ymo ēt eas incitare cōformit
ad rectā rationē. Pro quo aduertēte ꝙ differūt m
derare, & refrenare. quoniā refrenare est cohibe
eos ne insurgāt cōtra rectā rationē. sed modera
eas est vti ipsis conformiter ad rectā rationē vt
oportet quando oportet secūdū qualitatē mate
quādoq3 icitādo eas quādoq3 minuēdo eas. ¶ E
isto patet ꝙ secūdū diuersas circūstātias perso
rum ipsa virt⁹ diuersimode operat circa passiō
appetitus sensitiui. & hoc secūdū diuersitates i

clinationũ ortarũ ex diuersa mixtione quattuor primarum qualitatũ totã corporis compaginẽ regentiũ. ex quibus surgunt quattuor humorũ diuerse proportiones, & ex quattuor humorũ proportione diuersa oritur ipsorũ spirituũ tam vitalium & naturalium q̃ animalium diuersitas conditiões hominum & inclinationes varians. ¶ Vnde videmus ꝙ sanguineus naturaliter est letus. hilarẽ ferens vultum & amatiuũ. & aliorũ recreatiuus facilis ad risum. liberalis. benignus. pius. amans delicata cibaria: & optimum vinum. & ad libidinẽ pronus. ¶ Colericus autem est in suis agẽdis impetuosus. in animo elatus, magnorum honorum & magnarum administrationum cupidus. aliis p̄ferri cupiẽs: facilis ad iram: faciliter etiam pacificatur. prodigus & vltra mensuram comedens. & frequenter vigilat. & in suis negociis sollicitus.
¶ Flegmaticus vero naturaliter somnolentus est & piger & in suis agendis tardus. paruiloquus. negligens honores. tardus ad iram. parue memorie. & parue comestionis. ¶ Sed melancolicus naturaliter tristem gerit vultum. semper male suspicãs de aliis. auarus. & in propria opinione pertinax. & implacabilis cum iratus fuerit. Ex toto isto patet qualiter humanarum inclinationum diuersitates, ipsa virtus habet refrenare atq; moderare.

Secundo dubitatur an possit dare habitus ita intensus aut passio ita vehemens ꝙ necessita-

retur voluntas ad cõformãdum se illi passioni vel habitui. Pro hoc dubio annotandum est q͛ volũtatẽ necessitari ẽ aliquẽ recipere vel ꝑducere actũ in se: a quo nõ põt libere desistere: & sic volũtas põt necessitari saltẽ a deo, ymo de facto necessitatur volũtas dãnati ad nolitionẽ detẽtiõis in hoc loco pro tali pctõ, ex qua cãtur tristicia afflictiua dãnati. nec a tali nolitiõe p̃t libere desistere ex diuina ordinatiõe. alr̃ faceret se sine afflictiõe qñ sibi placuerit. & similr̃ dicẽdũ ẽ de btõ. quoad fruitionẽ btificã. tñ q̃diu manet aliquis viator vt im plurimũ nõ necessitat̃ voluntas. sed relĩqtur in libertate exsequutiõis boni vel mali. q̃uis a deo nobis dẽtur q̃dã motiua & spũales ipulsus ad bene agẽdũ. & ita temptatiões vel hit⁹ q̃tũcũq; vehemẽtes: sũt p̃cise suadẽtes & ñ necessitãtes. ❡ Hoc notato. dr̃ ad formã dubij q͛ q̃tũcũq; fuerit intẽsus hit⁹ ãt vehemẽs passio, nõ necessitabr̃ volũtas stãte cõcursu dei gñali: sed manet libera simpliciter & libertate cõtrarietatis & cõtradictõis: qm ipa ẽ vna cã pricipalis sui proprij actus sine cui⁹ cõcursu nõ produceret̃, & ipa q̃dẽ manet libera p libere cõcursũ suũ illis cãis assistẽtib⁹ vel denegare

❡ Tertio dubitatur an voluntas posset cogi ad suũ proprium actum. Pro quo aduerte q͛ voluntatẽ cogi est recipere & hẽre aliquem actum nolendo illum. ❡ Hoc notato dico ad dubium affirmatiue q͛ voluntas potest simpliciter cogi: quoniam põt demon nole sibi inesse nolitionem

illam causatiuã tristicie afflictiue eius, quo facto concedendum est q voluntas demonis cogitur. neq; sequitur ex hoc illic esse actus cõtrarios quoniam non sunt eiusdem obiecti.

Quarto dubitatur an voluntas possit violentari. pro quo aduertendum est q voluntatem violentari est aliquem actum producere vel recipere contra eius naturalem inclinationem ipsam nullam conferente vim sed contra nitente iuxta illud dictum philosophi tertio Ethicorum. violẽtum est cuius principium est foris passio non conferente vim. ¶ Hoc notato respõdetur ad dubiũ negatiue, puta q voluntas non potest ab aliquo nec a deo nec alio agente violentari. quia ad omnem actum suum habet inclinationem & confert vim. ¶ Sed dices. de potentia dei supernaturali potest voluntas velle & nolle idem obiectum simul & semel: ergo pro tunc violentaretur. Respõdetur cõcesso antecedente negando consequẽtiã. quoniam ad vtrũq; illorum actuum puta tã velle q̃ ad nolle voluntas conferret vim & effectiue cõcurreret & ita non violentaretur. ¶ Sed replicat sic. voluntas habet naturalem inclinationem ad beatitudinem eternam. nichilominus potest volũtas deprauata velle priuari eterna beatitudine, & illud est contra suam naturalem inclinationem ergo potest violentari. ¶ Respõdetur breuiter q illic includitur vnum sophisma puta in hac propositione. voluntas vult aliquid contra eius incli-

nationem naturalem. quoniam ista determinat
contra inclinationem eius naturalē, potest dete
minare ly aliquid & potest etiam determinare
vult. Primo modo sensus est, vult aliquid quod
dem est contra eius inclinationem naturalem
hoc est verum. sed non sequitur ex hoc quod vio
lētatur. si autem secūdo modo, denotatur ꝙ tal
volitio est contra eius inclinationem naturale
& hoc est falsum. quoniam licet illud volitum
contra eius naturalem inclinationem non tame
ipsa volitio. ¶ Sed difficultas est an volūtas po
sit violentari ad omissionem seu ad priuatione
alicuius, licet non ad actum positiuum & ꝙ sic
batur. quoniam habet pro nunc inclinationē na
turalem ad beatitudinem eternam & priuatur
ergo pro tunc violentatur. ¶ Respōdetur, duple
est naturalis inclinatio alicuius. Quidam a prin
cipio intrinseco productiuo ipsius finis ad quem
est inclinatio, cuiusmodi est inclinatio grauis a
centrum mundi. Est enim a grauitate naturalite
nitente effectiue ducere ad finem illius inclinat
nis, & de ista inclinatione est verum ꝙ priuatio
lius finis est illi cui fit priuatio violenta. Alia e
inclinatio perfectionis que non fit a principio i
trinseco naturaliter productiuo ipsius finis, vid
licet non nitente nec potente effectiue ducere a
illum finem. & priuatio talis finis nō est illi cui
est violenta. huiusmodi enim est inclinatio vol
tatis ad eternam beatitudinem. ¶ Cum istis pr

dictis stat q voluntas possit violentari ad aliquã priuationem vel omissionem actus, vt puta casu posito q voluntas conetur totis viribus diligere fortem, & q deus substrahat suum concursum generalem impediendo ne producatur dilectio fortis, in illo casu voluntas violentaretur ad talem omissionem actus, & hoc cõcedit de Palude in diuersis passibus suorum librorum sententiarum.

Quinto dubitatur an possit voluntas difficultari in elicitione sui actus, & hoc siue per habitum, siue per passiones appetitus sensitiui, siue per tẽptationes. ¶ Pro huius dubii dilucidatione videndum est primo quid sit ipsam voluntatem facilitari ad actum suum producendum, & dicẽdum est q est ipsam habere aliquam causam coadiuuantem ad producendũ actum quãdo enim concurrit causa fortior coadiuuans promptius & intentius elicit voluntas actum suum. Ex isto habetur. q volũtatem difficultari ad aliquẽ actum, est causam coadiuuãtem ad illum actum deesse, vel causam coadiuuantem ad actum oppositum inesse. non est igitur aliquo modo virtutem ipsius volũtatis diminui. sicut quidam false ymaginati sunt. Ponitur igitur hec regula aurea. Potior causarum coadiuuantium est iudicium rationis ostẽdens voluntati ipsum obiectum sub ratione boni vel mali, & secũdum q sub ratione maioris boni etiam magis allicit ipsam voluntatem.

Sed vnum summe notandum est. q̄ queād modum cuilibet actui bono voluntatis correspō det prudentia actualis regulatiua illius actus et habitui voluntatis correspondet habitus intelle ctus indicatiuus. ita q̄ sese concomitantur illi ha bitus quemadmodum & illi actus quorū sunt ha bitus. ¶ Quare hominibus habituatis frequētu occurrūt iudicia conformiter ad suos habitus q̄ bus voluntas allicitur, vt insequatur inclinatio suorum habituum. ¶ Item secundum diuersas plexionum naturalium inclinationes se offeru iudicia agendorum & fugiendorum illis confor mia. quibus voluntas allectat, & frequenter inse quitur impetum inclinationis cōplexionalis. n fuerit aliud dictamen rationis cōforme alicui le precipienti vel prohibenti hoc vel illud cum pro missione maioris premii vel pene. Et ita sim modo dicendum est de tentationibus occurrent bus vndecūq; veniant siue a demone siue aliūde ¶ Pro quo aduerte q̄ tentatio facta per demo in nobis non est nolitio aut volitio ab ipso pro ducta, ymo neq; est iudicium ab ipso product sed est quedam apprehensio subreptitia nō quid ab ipso demone effectiue producta sed a speci bus ab ipso demone applicatis. ¶ Correlariu est. q̄ prudentis est cum insurgat passio vel tenta tio preuenire ipsam ne adeo crescat q̄ absorbe ratio, & cessantibus iudiciis rationis prorūpat vo luntas in actus, secundum impetum passionum

tentationum more brutorum ipsis inuoluta, quoniam talis negligentia imputaretur voluntati.
¶ Et notãdum est. q multis modis potest absorberi ratio. quandoq; ex vehementi doloris vel delectationis sensus passione. ratio cuius efficit anima illi passioni adeo intenta & fixa q cessat cõsideratio aliorum obiectorum. quandoq; etiã absorbetur ratio a passione gaudii vel tristicie volũtatis rapientis animam & prorsus conuertentis eã ad considerationem eius vel obiecti cuius est talis passio, ita q cessat consideratio aliorum fugiẽdorum & agendorum, quandoq; etiam absorbetur ratio ex conuersione potentie cognitiue ad cõuersionem certi obiecti etiam sine omni tali passiõe vel tẽptatione, quandoq; etiã absorbetur ratio ab imperio voluntatis retrahentis intellectum a cõsideratione agendorum, & conuertẽtis ipsum ad consideratione illicitorum. cuiusmodi est voluntas deprauata que illo modo dicit excecare rationẽ.
Ex his omnibus patet responsio ad dubiũ: videlicet q voluntas potest facilitari & etiã difficultari & hoc tribus modis. vel ab habitu vel a passione, vel a tẽptatione incitante vel retrahẽte.
Sexto dubitatur vtrũ difficultas eo modo quo diximus voluntatem difficultari augeat/ aut minuat bonitatem vel maliciam actus. Respondendum est q sic. verbi gratia. duorum elicientiũ actus formaliter imperatiuos ieiunandi eque in=

tensos ceteris aliis paribus, preter hoc q vni in fortis temptatio vel complexionis vel habitus clinatio & non alteri. certum est q primus mag meretur, & vbi ambo desiderent contra diuin mandatum primus minus peccaret. ¶ Circa enim sumuntur tria genera peccati, scilicet pec tum ex ignorantia, peccatum ex passione, & pec tum ex certa malicia. ¶ Peccatum enim ex ign rantia, dicitur quando adest ignorantia agend si non adesset nō fieret illud. ¶ Peccatum aut ex passiōe siue ex infirmitate, dicitur quādo ad aliqua inclinatio ex passione vel complexion vel tentatione instigans ad sic operandū ¶ P catum vero ex certa malicia. dicitur quādo ad iudiciū rationis de recte agēdo neq; adest aliq passio impellens ad sic operādum. nichilomin male agit. Et illorum trium generum ceteris al paribus grauius est peccatum ex certa malicia deinde peccatum ex passione, & minus graue peccatum ex ignorātia, quia ignorantia magis minuit rationem voluntarii. ¶ Et dicunt esse peccata in personas diuinas. Peccatum enim d citur esse in aliquam personam non quidem qu sit offensiuum alteri⁹ persone sed quia directe cōtra aliquid specialiter attributum illi perso Patri enim attribuitur potentia, filio sapient & spiritui sancto bonitas. Et quia infirmitas p sionis opponitur potentie ideo peccatum ex p sione dicitur esse in patrem. ¶ Item ignorant

opponitur ſcientie ſiue ſapientie. Ideo peccatum ex ignorãtia dicitur in filium. Et quia malicia opponitur bonitati, ideo peccatum ex malicia dicit̃ eſſe in ſpiritum ſanctum. ¶ Sed dices. peccatum in ſpiritum ſanctũ eſt irremiſſibile, ſed illud tertium genus non eſt irremiſſibile ergo non debet dici peccatum in ſpiritum ſanctum. ¶ Hic tangit̃ bona difficultas, per quã nota ꝙ iſta ꝑpoſitio in, in compoſitione tribus modis capitur, ſcilicet cõtradictorie/priuatiue/ & contrarie. Primo modo talis terminus ſubordinatur termino infinito. Secundo modo exponitur per negationem actus, & per aptitudinem ad illum. Et tertio modo capiẽdo talis ter minus eſt poſitiuus connotans actum alicui principio iuſto & recto contrarium. Quare eſt diſtinguenda. iſte eſt iniuſtus. Similiter tribus modis poteſt capi ly irremiſſibile. Primo modo contradictorie. & equiualet iſti non remiſſibile. Secundo modo capitur priuatiue & hoc modo exponitur ſic, non eſt remiſſibile, & natum eſt eſſe remiſſibile. Quare his duobus modis nullum peccatum eſt ſimpliciter irremiſſibile. Tertio modo capitur contrarie & ſic peccatum illud dicitur irremiſſibile, quoniam eſt directe contra principium remiſſionis in remittente qđ eſt miſericordia dei, vel contra diſpoſitionem remiſſionis in peccante que eſt diſplicentia de peccato, & huius nature eſt peccatum finalis impenitentie. Eſt tamen notandum ꝙ dupliciter aliquod peccatum dicitur fina

lis impenitentie. scilicet circũstantionaliter &
iectiue/circunstantionaliter quidem cum quo
cedit homo sine displicentia ꝓhibita, & istud
remittetur nunc vel in alio seculo, & isto mod
perunt multi peccatum irremissibile, & hoc m
non oportet ipsum esse grauissimum, ymo s
aliquod tale peccatum finalis impenitentie
veniale, aliomodo dicitur peccatum finalis im
nitentie obiectiue, & dicitur actus habens pro
iecto finalem impenitentiam, cuiusmodi esset
positũ quo quis proponit vel velit nunq̃ peni
nolens, deum fore sibi misericordem, & istud
grauissimum peccatorum, & modo supradict
spiritum sanctum, quoniã directe opponit pr
cipio remissionis, & dispositioni remissionis
sunt misericordia, & displicentia, & illud pec
licet sit multum graue potest tamen simplicit
mitti in hoc seculo per penitentiam debitam
¶ Reuertendo igitur ad formam vltimi d
vnde digressi sumus, dico ꝙ difficultas eo m
quo diximus voluntatem difficultari auget b
tatem, & diminuit maliciam operis.

Occurrit tamen dubium/quando diffi
tas operantis prouenit ex culpa ipsius hom
operantis. an illud habeat veritatem. dixerunt
dam ꝙ non. probabilius tamẽ est oppositum
mihi videtur pro nunc, & hoc vtcũq; prouen
illa difficultas siue ex parte obiecti siue alteri⁹
cunstantie: quoniam secundum communem

ctrinam inclinationes appetitus sensitiui difficultantes ipsam operationem dicuntur augere bonitatem & minuere maliciam actus, similiter ignorantia, & tamen illa insunt ex culpa peccati originalis, ergo talem difficultatem operis contrahi ex culpa nõ impedit quin augeatur bonitas & minuatur malicia. ¶ Ex isto corrolario sequeretur ꝙ consuetudo operãdi que dicitur altera natura, eodem modo dicitur se habere quo ad difficultatẽ operis sicut & ipsa naturalis cõplexio. Et ita analogice se habet in humana policia consuetudo q̃ rationabilis est prout lex naturalis. Consuetudo autem irrationabilis se habet, vt legis corruptiua vel corruptela, iuxta illud distinctionis prime capitulo Consuetudo. Consuetudo est quoddam ius moribus institutum, que recte pro lege suscipitur dum deficit lex. Et dicitur quedã rationabilis cõsuetudo que non caret iure naturali neq; diuino, de qua verificatur illud. Consuetudo est optima legum interpres: scilicet legum pure humanaru; vnde talis consuetudo sepe abrogat legem: scilicet pure humanam/ecclesiasticam/vel ciuilem. Quia abrogatur ius pure positiuum per reuocationem expressam vel interpretatiuam superioris vel per positionem circunstantie alicuius oppositi alicui conditioni legis: cuiusquidem sunt iste cõditiones. priusq̃ legislator posset eam condere: ꝙ sit iusta/ honesta/ possibilis secundum consuetudinem patrie/ loco & tempore conueniens: necess

ſaria:& vtilis:manifeſta:& pro communi ciuiu
vtilitate conſcripta. Sed de his plura in libro d
iuſticia dicemus.

¶ Septimo dubitatur circa iſtam materi
de difficultatiõe voluntatis:an ſtat⁹ naturæ lap
propter difficultatẽ fomitis originalis ſit pot
& aptior ad merendũ,& bene agendum q̃ fui
ſtatus innocẽtię ceteris aliis paribus. ¶ Pro c
intelligẽtia venit notãdum q᷑ anime ipſius A
fuerũt infuſi habitus oim ſciẽtiarum practicar
& ſpeculatiuarum requiſitarum ad gubernati
nem humane policie:& ad conſequutionem b
titudinis eterne, & ſi non peccaſſet adhuc fuiſ
diſparitas filiorum ſuorum:nec habuiſſent ſci
tias & virtutes infuſas prout Adam.ſed ſtudio
q₃ exercitio exquiſiuiſſent: nec fuiſſent omnes
quales in virtutibus:& ſcientiis,fuiſſet etiam c
plexionu₃ naturalium diuerſitas penes quatu
qualitates primas ex quibus fuiſſet orta hum
atq₃ ſpirituum varietas in diuerſis hominibus
cundum quorum diſpoſitionem fuiſſent ali
aliis in intellectu viuaciores aptioreſq₃ ad vn
ſcientiam q̃ ad aliam:aliqui aliis robuſtiores
moſiores: quapropter non fuiſſet equalitas
miniorum, ymo aliqui dominati fuiſſent al
non quidem domini o ſeruitutis.ſed dominio
ctrine.quo ſcilicet prudentiores direxiſſent a

instruxissent alios in agibilibus pro regimine politiæ, & eternæ beatitudinis consequendæ.

¶ Quare patet ꝙ non fuissent omnes equaliter beati: potuissent enim aliqui magis applicare potentias suas exercitio virtutum q̃ alii, quo facto magis meruissent. ¶ Sciendum est insuper ꝙ cuilibet fuisset infusa iusticia originalis in instanti creationis animæ. Et iusticia quedam originalis: erat quedam nobilis qualitas a solo deo producibilis infusa animæ: tenens tranquillitatem perfectam omnium virium hominis conformiter ad rationem rectam: ita ꝙ quandiu fuisset illud donum animæ infusum: mansisset obedientia rationis ad ipsum deum. ¶ Etiam omnes vires inferiores fuissent obedientes rationi: ita ꝙ nulla complexionalis inclinatio insurrexisset cōtra rationem neqꝫ instigasset ad actum malum aliqua passio. ¶ Quare per absentiam iusticiæ originalis ex peccato Adæ. fuit regnum hominis in se diuisum & factæ sunt vires sensitiue inobedientes rationi quamprimum ratio facta est inobediens deo: ymo & etiam bruta animalia facta sunt inobedientia homini, que tamen permansissent plena obedientia ipsi: quandiu ipse permansisset deo obediens.

Sꝫ occurrit ꝓ nūc dicendū qd sit pctm̄ ori-

ginale, De hoc dubio cōmuniter dubitatur, & diuersificātur inter se doctores aliquibus dicentib⁹, q peccatum originale est pura carentia iusticiæ originalis debite inesse cōtracta ab alio. ¶ Aliis autem doctoribus tenentibus, q peccatum originale est quedam qualitas morbida contracta p actū propagationis patris: & matris faciens istas prauitates ad malum. Prima opinio est probabilior: ymo dato q talis fames siue qualitas morbida & pronitas ad malum esset ponenda: ipsa potius diceretur effectus peccati originalis q̄ ipsum peccatum Supposito tamen q aliqua talis qualitas morbida esset ponenda. dubium est in quo est inhesiue vel in ipso corpore vel in ipsa anima: dicunt aliqui primum, alii secundum. ¶ Alii dicunt q sunt due qualitates. vna impressa corpori per actum propagationis carnalis: & alia impressa anime contracta ex illa prima. Sed quia non videtur mihi rō aliqua vel auctoritas sufficiēs vel experientia cogens ponere talem qualitatē morbidam taliter impressam corpori vel anime, ymo omnes iste pronitates atq̧ inclinationes ad malum saluari possunt per absentiam iusticiæ originalis cum disproportione quatuor primarū qualitatum atq̧ humorum: & spirituum, & mēbrorum prout in brutis animalibus in quibus sine tali qualitate videmus tales pronitates atq̧ inclinationes ad concupiscentias/iras/ & huiusmodi passiões
¶ Quare probabilius mihi videtur non esse p

nēdum sine necessitate talem qualitatem impressam per actum propagationis, sed si detur fomes peccati originalis. Dico q̄ non est aliud nisi quedam disproportio qualitatum / humorum / spirituum / & membrorum. ¶ Dicebatur notanter in diffinitione peccati originalis contracta ab alio, quare peccatum Ade non fuit peccatum originale: sed actuale. nihilominus tamen omne peccatum originale est mortale: quoniam priuat discedentem cum ipso ab eterna beatitudine.

¶ Sed diceret aliquis. ex diffinitione data sequeretur q̄ non tolleretur per baptismū peccatum originale, sequela probatur: quoniam post baptismum manet carentia iusticiæ originalis. Respondetur q̄ non manet carentia iusticiæ origialis debite in esse, quoniam per baptismuȝ tollitur debitum siue obligatio habendi iusticiā originalem loco cuius inducitur debitum hn̄di gratiam.

¶ Ex isto patet q̄ in gloriosa virgine Maria nō fuit pct̄m originale, qm̄ non fuit obligatio in ea ad habendam iusticiā originalē. sed deus qui ab eterno eam preelegerat futuram matrē eius excepit eā a tali lege debitę obligationis hn̄di iusticiam originalem: & congruebat & rōnabile erat filio tale preuilegium matri eius conferre.

¶ Secundo sequitur q̄ ex pct̄ō originali seu p absētiā iusticię origīalis nos icurrim⁹ carnis īfirmitatē / mētis deceptibilitatē / & mortē, ita q̄

ista sunt pene peccati originalis, ¶ Quo ad pri-
mam iusticia originalis talem tenuisset viriū trā-
quillitatem & obedientiam ad rationē ita ꝙ nul
la surrexisset passio cōtra rectā rōnē. ¶ Quo ad se
cundum iusticia originalis talē tenuisset rectitu-
dinē in potentiis cognitiuis ꝙ nullus fuisset error
siue nullū fuisset iudiciū falsū in aliqua potentia
cognitiua hois: ymo neqꝫ in dormiente fuissēt iu-
dicia illa distorta qualia sunt nunc: & ita fuit de
virgie gloriosa. ¶ Ex isto hēt ꝙ añ perpetratio-
nē pcti originalis nō fuit in primo parente aliqd
iudiciū falsū, qm̄ in eo pena pcessisset culpā. Qua
re primus parēs siue Adā/siue Eua/nō fuit mot
aliquo iudicio falso pcedēte suū pctm̄ sed ex sola
apprehēsione illorū agibiliū. ¶ Quo ad tertium
dico ꝙ p absentiā iusticie originalis hoies incur-
runt mortē corpalē: & de isto duplex fuit imagi-
natio. Vna quorūdā dicētiū: ꝙ iusticia originalis
talis erat cōditionis. & vigoris ꝙ a nullo agente
naturali potuisset inferri mors ipsi homini stante
ipsa iusticia originali. ¶ Alia ē opinio dicētium
ꝙ iusticia origialis nō ē tātc virtutis, ymo si puer
relictus fuisset cōtinue sine cibo, tādē icurrisset mo-
tē p substractionē cibi: verū ē tñ ꝙ nūq̄ fuisset ita
derelictus nec exteriora apparētia nocuissēt ho
mini: & hoc ex diuina ordinatione prouenit &
nō per actionē iusticie origialis: & hec scda opi
nio est ipsius scoti subtilis in suo secundo senten
tiarum, vtraqꝫ tamen istarum opinionum est pro

babilis. sed neutra partiũ est euidens. conueniunt tamen i hoc q̄ nullus de facto incurrisset in mortem. Sed post certum tempus deputatum ad merendum fuisset homo trãslatus viuus ad paradisũ

¶ Sed occurrit difficultas ad propositum quale fuit peccatum primi parentis: & quantæ grauitatis: & vtrum idem vel equale erat peccatum Euæ & Adæ. Respondendum est q̄ Eua voluit vsurpare equalitatem diuinitatis comedẽdo de ligno vetito: Adam autem voluit complacere vxori suæ comedendo de illo ligno: ita q̄ Adam non habuit formaliter volitionẽ equalitatis deificationis prout ipsa Eua. Quare patet peccatum Eue fuisse immediate in ipsum deum & peccatum Ade immediate in proximum: & ita multo grauius peccauit Eua q̃ Adam.

¶ Sed dices. fuit aliunde circunstantia aggrauans peccatum Ade videlicet futurũ detrimẽtum posteris illatum: igitur grauius peccabat Pro isto noteẽ q̄ propter cõditionẽ viri nobiliorem: fuerat data Ade iusticia originalis alio iure q̃ ipi Eue: qm̃ Ade fuerat data cũ iure p tãtis alienandi sibi. & posteris, & nõ ipsi Eue. ita q̄ si adam post peccatum Euæ perstetisset fuisset data posteris iusticia originalis non obstante peccato Euæ. Quare futurum detrimentum posterorum sequutum est immediate ex pc̃ō ade. tunc ad proposi-

tum applicãdo. dico ꝙ lꝫ illa circunstantia aggr
uet pctm̃ Ade, nõ mutat tñ eius speciẽ, & q̃tũcũ
aggrauaret nõ p̃t esse pctm̃ Ade tã graue q̃ grau
fuit pctm̃ Eue. ¶ Sed circa istud dicit scotus i
suo secũdo sẽtẽtiarũ vnũ bonũ verbũ: vcꝫ ꝙ due
bus primis parentibus in iusticia originali man
tibus null⁹ filiorũ suorum vnq̃ peccasset, & d
to per possibile ꝙ Cayn peccasset ipse pdidiss
iusticiã originalẽ pro se & suis propriis posteri
sed non pro omnibus posteris ipsius Ade.

¶ His omnibus declaratis & prelibatis, &
notatis. Rñdẽdum ẽ ad formã septimi dubii pr
cipalis vbi inquirebaẽ: an status naturę lapsæ
ad merendum potior q̃ fuisset status innocentia
¶ Dicẽdũ ẽ ꝙ p̃t cõparari vnus actus vnius sta
ad actũ alterius status, & sic iste status nature la
se ẽ potior, & aptior ad bñ agendũ: & merẽdũ,
lo dicere, ꝙ datis duob⁹ actibus eiusdẽ spẽi eq
intensis vno quidem pro illo statu innocentia
& altero altero pro isto statu naturæ lapsæ: act
pro isto statu propter adiacentiam diff cultat
& plurium retrahentium est magis meritorius
bonus q̃ pro statu innocentiæ. Et etiam dicit B
nauentura. videlꝫ ꝙ comparando personam a
personam meritum alicuius persone istius stat
excederet meritum alicuius pſõæ alterius statu
¶ Alio mõ p̃t cõpari tot⁹ stat⁹ ad tot. statũ: &
qcquid dicat Bonauẽtura dicem⁹ cũ btõ Thom

q statꝰ ille innocentie fuisset potior,&aptior ad meredum.ita q fuisset simpliciter eligibilius permanere in illo statu,etiam propter merendum q̃ in hoc statu nature lapse.Ratio est. quoniam in illo statu innocentie fuisset continue mens attēta deo sine retrahentibus,& pro statu isto fere concurrunt continue valde retardantia,& faciētia homines raro deo attentos quare pro illo statu innocentie fuisset magna copia meritorum,& bonorū operum, & hoc propter frequentiam & exercitium in bonis operibus.

Octauo principaliter dubitatur/vtrum difficultas diligendi inimicos eo modo quo diximus voluntatem difficultari augeat meritum vel bonitatem ipsius dilectionis,ita q in proposito difficultatur aliquis diligere inimicum propter defectum iudiciorū, quia scilicet difficulter insunt iudicia ostendentia voluntati illum inimicum esse diligendum.¶ Ad hoc dubium respondetur q ceteris aliis paribus est magis meritorium & bonum diligere inimicum q̃ amicum.& hoc prouenit propter illam circunstantiam difficultatis. q̃ si nō adesset.vt in casu quo plene adessent iudicia ostendentia voluntati ipsum esse diligendum,tūc non esset magis meritorium & bonum diligere inimicum q̃ amicum. ¶Correlarie sequitur non esse vniuersaliter verum q peccatum illud sit grauius quod opponitur maiori bono.nam odire inimicum est peccatum minus graue q̃ odire amicū.

& tamen opponitur maiori bono scilicet dili gere inimicum.

Sed hic occurrit incidentaliter vnum dub: An quispiam teneatur ex precepto charitatiuo ligere inimicum. Ad istam difficultatem respo det doctor subtilis & subtiliter ꝙ aliud est no odire inimicum & actu positiuo ipsum dilige Quo ad primum. duplex est bonum. quoddã sp rituale quod attingit deum vel disponit ad illu cuiusmodi beatitudo/correctio/ instructio/ per tentia/aut alia virtus, & illud bonum vel aliqu simile non potest quis licite nolle ipsi ꝓximo ar co vel inimico inesse. Aliud est bonum indiffere saluti anime. cuiusmodi diuitie. & cetera bona poralia, & tale bonum potest quis nolle proxim licite tã amico q̃ inimico. nec sequit̃. nolo tale b num inesse proximo ergo odio proximum. vn proprie odium. est velle malum proximo inci vt male sit ei. Et inuidia. est velle non bene ines ei. exemplum vt non bene sit sibi. ¶ Et pro is venit notandum. ꝙ multis modis potest quis l cite nolle aliquod bonum temporale inesse pro ximo. Primo qa illo bono est indignus Secund quia illo bono male vteretur. Tertio modo. qu illud bonum malet sibiipsi inesse. Quarto mod quia timet ne proximus per illud bonum adep noceat illi. Et quolibet illorum modorum stat a quem. aliquod bonum temporale licite nolle

esse proximo. Quinto dicitur qꝫ non potest quis velle malum inesse proximo vt male sit ei, aut velle non bene esse ei. exemplum vt non bene sit ei. ita qꝫ in isto prestituatur finis. videlicet non considerando aliud nisi male esse proximo vel non bene esse sibi, & in hoc consistit peccatum. inuidia vel odium. ¶ Quo ad secundum scilicet an actu positiuo teneatur quis diligere proximum, non parua difficultas est, inquirendo pro quo tẽpore obligaret illud preceptum quoniam est affirmatiuum, ideo non pro semper obligans. Et arguit doctor subtilis sic. Nullum est dabile tempus pro quo quis est obligatus cogitare de proximo, & per consequens nec videtur aliquod tempus pro quo quis obligetur actu positiuo diligere proximum. Et eadem foret difficultas de aliis preceptis affirmatiuis, quorum tempora adimpletionis non determinauit ecclesia. ¶ Ad istam difficultatem respondetur qꝫ duplex est diuinum preceptum affirmatiuum. Quoddam cuius tempus determinatur ex iure positiuo. cuiusmodi est preceptum de confessione, & preceptum de dilectione dei. Pro primo ordinatum est festum pasche. & pro secundo dies dominica. Aliud est preceptum cuius tempus non est determinatum iure positiuo. Sed determinatur ab aliqua circunstantia alterius iuris naturalis/vel diuini, cuiusmodi esset circunstantia extreme necessita-

tis. qualis de facto est circa preceptũ de dilectio proximi, ita q circunstantia extreme necessit proximi determinat tempus pro quo quis ob gatur diligere proximum, exempli gratia. si gnoscatur proximũ errare in fide. & similiter gnosco nullum alium reuocaturum ipsum nec uocabitur nisi mea instructione sum pro tũc ob gatus subuenire ei mea instructione. quaprop si non occurrit illa circunstantia proximi. pro lo tempore sum obligatus diligere proximũ a positiuo. ¶ Correlarie sequit̃ q ex illo precep diuino non obligatur quis exhibere suo inim exteriora signa beniuolẽtie, quia neq; amico tenetur illo precepto illa exhibere, ymo per ta signa quandoq; superbiret inimicus.

Ex omnibus predictis elicitur hec cõclus generalis. diffinitiões date de actu moraliter no & actu moraliter malo cum suis declaratio bus sunt sufficientes & bene assignate.

Contra quam conclusionem pro mai elucidatione instabimus aliquibus argumen quorum quodlibet includet in se vnam diffic tatem peculiarem in morali philosophia. nõ nino tamen intẽdo excludere theologalia. Ar guitur primo sic. aliquis actus meritorius est o ratio non libera. & quilibet actus meritorius actus moraliter bonus ergo aliquis actus mora ter bonus est operatio non libera. consequ

patet sillogistice in disamis. & minor est docto≈rum auctoritas. maior autem probatur. baptisma tis susceptio est meritoria suscipienti, & tamen est operatio non libera. item violente mortis perpes sio ipsorum innocentum fuit eis meritoria: quo≈niam per eam adepti sunt martirii coronam & tamen talis perpessio mortis erat non libera, er≈go aliquis actus meritorius est non liber quod erat probandum.

Pro isto argumento est primo notandum & presupponendum q̄ ratio meriti consistit in diuina acceptatione actus ad eternam beatitudi≈nem, quare licet actus meritorius sit immediate in libera potestate hominis non est tamen im≈mediate in sua libera potestate q̄ sit meritorius, Insuper est notandum & supponēdum q̄ nullus actus est meritorius beatitudinis eterne nisi fact⁹ in gratia & hoc de lege ordinata. quod notanter addo. quoniam de potētia dei absoluta bene po test acceptare hominem ad eternam beatitudinē sine aliqua qualitate infusa ipsi anime. & ita po≈test acceptare actus nostros sine tali gratia ipsi anime infusa.

Sed occurrit dubium / an ille habitus ipsi anime a deo infusus concurrat effectiue ad ipsum actum bonum moraliter. Pro isto dubio est notā≈dum q̄ in baptismo suscepto siue obice infundū≈tur a deo tres habitus qui sunt qualitates anime

inherentes scilicet fides/ spes/ & charitas/ &
cantur tres virtutes theologice infuse, & secū
communem doctrinam illi habitus infusi
inclinant per se ad aliquos actus vt experi
satis docet de illo puero qui post baptismum
susceptum nutriretur in siluis cum brutis. talis
lo modo reperitur inclinatus ad illos actus fi
spei/ & charitatis/ & tamen in eo forent illi h
tus, ergo non per se inclinant ad illos actus.
per se. quoniam ipsi cum habitibus acqui
creditur concurrunt effectiue ad actus hab
acquisitorum dixi vt creditur, quoniam ad
nulla est experientia, & posset oppositum pr
biliter teneri. sed loquamur pro nunc vt plur
piendo vt pauci. ¶ Insuper est notādum ꝙ a
est actum bonum fieri cum gratia & fieri ex
tia Dicitur enim actus fieri cum gratia. quo
in eius elicitione adest gratia licet talis grat
concurrat effectiue ad productionem effecti
lis actus. Sed actus dicitur fieri ex gratia qu
do ad eius productionem effectiue concurr
sa gratia.

His notatis dico ad dubium ꝙ ad act
bonum esse meritorium sufficit ꝙ fiat cum gr
& in gratia infusa siue talis gratia infusa con
rat effectiue siue non ad productionem talis
¶ Restat respondere ad argumentum princ
le, & primo de illis innocentibus dicunt aliq
ipse deus speciali priuilegio eis accelerauit v

rationis secundum quem elicuerunt volitionem formaliter imperatiuam perpessionis mortis pro fide Christi, per quā meruerunt aureolā martirii. ¶ Sed non tenendo istud, quoniam videtur voluntarie & mere gratis dictum, aliqui aliter respōdent, videlicet ꝙ deus secundum beneplacitum sue voluntatis posset acceptari ad meritum aliquid non moraliter bonum, & ita falsum esset ꝙ omnis actus meritorius esset moraliter bonus. Dicunt igitur isti ꝙ ly meritorius non dicit nisi diuinā acceptationē alicuius ad eternā beatitudinē. Contra hoc arguitur, istud non videt̄ bene quadrare, quoniam posset fieri talis ordinatio lapide descendente, ꝙ dabitur gloria eterna sibi super quem cadet, quo facto ille descensus lapidis acceptaretur ad beatitudinem eternam & tamen ille descensus lapidis non esset dicendus meritorius, ergo ad hoc ꝙ aliquid dicatur meritorium nō sufficit ipsum acceptari a deo ad eternam beatitudinem. ¶ Item sequeretur ꝙ non posset deus per aliquam potentiam dare alicui eternam beatitudinem sine merito eius, & nisi ille mereretur eam, patet, acceptat deus sortem sine actu bono, ymo sine gratia sibi collata ad eternam beatitudinem, per te, sortes mereretur eternam beatitudinem, patet, acceptatur a deo ad eternam beatitudinem, ergo mereretur eam, tenet consequentia, quoniam per te ly merere non dicit nisi diuinam acceptationem.

Quare aliter dico ponendo talem pro
sitionem. Nullus actus proprię dicendus est m
torius premii eterni ni si sit moraliter bonus,
tum est enim q̄ si alicui deus conferat eterna
titudinem, & non pro aliquo actu bono, ille
dicendus est merere eternam beatitudinem.
deus dicitur mere gratis ei conferre prout co
git in humanis dationibus. ¶ Sed nunc rest
obiectio soluenda facta in argumento de inn
tibus. ad quam dico primo q̄ aureola marti
est premium essentiale. Premium enim essen
est premium consistens in clara dei visione, &
tione eius, cuiusmodi non est aureola. sed est
dam fulgor in signum victorie contra pug
mundi carnis, vel demonis, in parte corporis
talis beatus talem victoriam exercuit. ¶ Est
triplex aureola. scilicet martirii data marty
contra pugnam mundi / atq; tyrannorum im
gnantium fidem Christi. Secūda est aureola
ginitatis data virgini pro victoria contra pu
carnis. Et tertia est aureola data predicator
pro victoria contra pugnam demonis seduc
populum. ¶ Secundo dico q̄ illi innocentes
tale martirium fuerunt baptisati baptismo
guinis, ita q̄ fuit eis remissum peccatum orig
le & collata gratia baptismalis, nec fuit eis co
ta alia gratia. ¶ Tertio dico q̄ per talem per
sionem mortis non meruerunt sibi gratiam
gloriam, sed Christus ipse per suā passionē m

eis talem gratiam sicut.& remissionem peccati originalis.Quare illud martyrium si sit dicenduz martyrium non tamen meritorium eterne beatitudinis. ¶ Et ita respondendum est de baptisato videlicet ꝙ illa passiua susceptio baptismi. Primo non est actus moraliter bonus.patet sic.est operatio exterior.cui in illo suscipiēte nō corrñdet actus interior & ex cōsequēte neqꝫ ē dicēda meritoria.sed Xp̃s meruit illi remissionem peccati originalis,& infusionem prime gratie.conferendas tamen cum certa cerimonia.ymo quandoqꝫ conferuntur sine actuali exequutione illius.prout pꝫ in adulto qui priusq̃ abluatur aqua habuit sufficientē cōtritionem peccati originalis virtute cuiꝰ remittitur sibi peccatum originale/ habet tñ propositum suscipiēdi sacramētum occurente oportunitate: & talis dicitur baptismus flaminis.

¶ Pro isto notetur ꝙ quidam suscipiunt sacramētum, & non rem sacramennti.& quidam suscipiunt rem sacramenti:& non sacramentum quidam suscipiunt sacramentum,& rem sacramēti:& quidam neutrum horum suscipiunt. Per sacramentum intelligitur caracter qui imprimitur ipsi animæ:& per rem sacramenti intelligitur ipsa gratia.exemplum primæ partis :vt occurrit adultus suscipiens baptismum secundum ritum ecclesiæ. est tameñ in peccato mortali actuali de quo non penitet, ipse erit vere baptisatus. ita ꝙ

erit vere baptisatus. ita ꝙ anime eius imprimetur caracter non tamen remittetur ei peccatum originale propter assistentiã peccati actualis de quo non penitet. Quare non confertur sibi gratia. i. suscipit sacramentum, & non rem sacramenti. licet enim non requiratur actualis contritio peccati originalis, tamen pro remissione peccati actualis requiritur actualis contritio. sed postea suscepto baptismo si ipse penituerit de tali peccato actuali remittetur, & etiam tunc remittetur originale, & suscipiet duplicem gratiam. Primo baptismalem. Secundo gratiam suscipiet pro tali actu contritionis. Exemplum secunde partis. fit datum de illo adducto penitente priusq̃ perueniret ad baptismum. Exemplum. contingit de puero suscipiente baptismum. Exemplum quarti de pure ficto qui permittit se ablui aqua baptismatis gratia sollertie vel derisionis non intendens suscipe scđꝫ vsũ & ritum & intentionem ecclesie.

Sciendum est in super ꝙ ante passioné christi exhibitam: remittebatur peccatuꝫ originale infundebatur prima gratia merito passionis preuise, sed quia passio exhibita est efficatior q̃ preuisa. iõ infũditur maior gratia baptismatis post passionem q̃ infundebatur. aliis ante passionem Et equaliter tamen applicatur passio cristi exhibita omnibus baptisatis, quoniã virtute eius omnibus baptisatis equalis gratia confertur de communi lege, quod notanter additur quia non

potentia dei sacramentis alligata sit quin possit isti/vel illi dare maiorem gratiam. Verum est tamen si ponatur meritum personale in baptisato dabitur gratia maior quoniã dabitur gratia correspõdens merito passionis/ & dabitur gratia merito illius persone,vt contingit de adulto suscipiẽte baptismum sine obice cum contritione peccatorum actualium,Dixi actualium,quoniam non requiritur penitere de peccato originali.quoniam per ipsum nõ fuit actualis auersio ergo neq3 reqritur actualis reconciliatio in illo.

Sed dubitaret aliquis vtrum adulto penitente de omnibus actualibus & suscipiente baptismum remittatur in eo omnis pena debita illis peccatis.Respondent doctores communiter q illic fit plenaria absolutio culpe & pene purgatorii & non ab aliis penis consistentibus in foro exteriori cuiusmodi sunt pene homicidii vel irregularitatis & sic de aliis.

Ex isto correlarie sequitur q licet quilibet resurgens a peccato actuali resurgit ad maiorem gloriam,non tamen oportet q resurgat ad maiorem gratiã q̃ prius. Prima pars patet,resurgit ad illam gloriam ante ista peccata debitam/& ad gloriam correspondentem actui bono per quem resurgit.Secunda pars ostenditur.quoniam secundũ cõmunem opinionẽ doctorũ nunq̃ recupera

tur gratia per peccata perdita. quare illi resurgenti non inest, nisi gratia correspondens actui bono per quem resurgit.

¶ Sed contra hoc sic arguitur: quoniam illi actui per quem quis resurgit non correspondet gloria. ergo non resurgit ad maiorem gloriam. tenet consequentia: & probatur antecedens: quia talis actus non est meritorius eo ꝙ est adhuc cum peccato. ¶ Respõdetur breuiter ꝙ talis actus bonus detestationis per quem quis resurgit potest pro duplici mensura considerari eo ꝙ talis actus continuatur Primo potest considerari ante remissionem peccati. & pro illa mensura non est meritorius premii eterni. Alio modo potest considerari pro mensura remissionis & infusiõis gratie, & pro illo instãti ille actus incipit esse meritorius pmii eterni: & q̃diu ille actus erat sine gratia dicebatur attritio, & ipse idẽ cũ gr̃a cõtinuatus dr̃ cõtritio freq̃nter tñ capit̃ nomẽ ꝓ noie. Verum est tamen ꝙ ante hoc instans infusiõis gr̃e ille actus detestatiõis erat meritorius alicuius boni tẽporalis scilicet recõciliatiõis/vel alicuius alterius boni, vt cõtingit de aliis actibus bonis cũ peccato qui sunt meritorij alicuius boni temporalis. cuiusmodi relaxationis/pene purgatorii/sanitatis/vel diuitiarum & sic de aliis. ¶ Quare non infructuosa est penitentia in peccato mortali facta/ymo etiam est laxatiua pene purgatorii: neq3 tenetur homo s

penitentiam iniuſtam perficere in gratia.quoniā ex nullo precepto habetur talis obligatio. Verum eſt tamē ꝙ ipſa facta in gratia eſt magis fructuoſa. quoniam eſſet etiam meritoria premii eterni neq; eſſet minus meritoria per hoc ꝙ eſt ſatiſfactoria. quoniam hec eſt regula ipſius ade Nullus actus reficitur minus meritorius pro hoc ꝙ eſt ſatiſfactorius.

¶De omiſſione

SEcundo principaliter arguit. Quelibet pura omiſſio eſt nō libera/& aliqua pura omiſſio ē moraliter bona vel mala:ergo aliqđ moraliter bonum vel malum eſt non liberum. conſequentia patet in datiſi. & maior probatur Eſt pura omiſſio. ergo ſine aliquo actu voluntatis. & per conſequens eſt non libera. Minor autem probatur: quoniam contingit peccare vel merere per puram omiſſionem, peccare quidem non implendo preceptum affirmatiuum, Merere autem implendo negatiuum pure negatiue ſe habendo.

¶Hic tangitur in argumento difficultas de omiſſionibus, circa quam ſunt duo puncta videnda. ¶Primum, an aliqua pura omiſſio ſit peccatum. ¶Secundum, vtrum per puram omiſſio=

nem contingit merere implendo precepta negatiua. Quo ad primum sit hec conclusio. Contigit peccare per puram omissionem, scilicet nullum eliciendo actum voluntatis, patet, sit sortes obligatus pro hoc instanti diligere deum/ & pro hoc instanti nullum actum eliciat, sciens tamen se obligari pro nunc diligere deum. tunc sic arguitur nunc sortes peccat & non nisi pure omittendo. ergo propositum.

Notemus ergo cum oKam ꝙ cõtingit peccare omittendo sine commissione: ẽt cõ tingit peccare committendo sine omissione: & contingit peccare omissione & cõmissione simul, Exẽplum primi iam datũ est. exẽplum scđi, vt si sortes pro aliquo instanti, pro quo non tenetur diligere deũ odiat ipsum peccat committendo sine omissione. Exẽplum tertii vt si pro instanti pro quo sortes tenetur diligere deum odiat ipsũ, peccat cõmittendo actum odii, & peccat omittendo actum dilectionis. Vnde commissio dicitur actus positiuus Omissio autem est carentia alicuius positiui actus debiti in esse. Quapropter sorte diligente deũ non est concedendum ꝙ ipse omittat non diligere deum, quoniam illa carentia non dilectionis (vt ita loquar) non est omissio sed est commissio vera. ymo est ipsa dilectio dei. ¶ Contra hanc resolutionem obiicitur sic. Si pura omissio esset peccatum quilibet sic omittens peccaret infinitis omissionibus subordinatis. quod probo sic. Ca

pio illam omiſſionem quam dicis peccatum, & arguitur ſic. illud peccatum tenetur ſortes vitare, & non vitat ergo peccat ſecunda omiſſione. Item iſtam ſecundam omiſſionem tenetur ſortes vitare, & non vitat. ergo peccat, tertia omiſſione, Et ita de tertia, & ſic in infinitum procedit ratio oſtēdens ibi eſſe infinitas omiſſiones ſubordinatas.

¶ Reſpondetur ꝙ non eſt datum preceptū ſpeciale de vitando peccatum diſtinctum ab ipſo ꝑcepto prohibente ipſum peccatum, quapropter talis tranſgrediens diuinum mandatum non peccat noua imputabilitate non vitando illud peccatum. ſed ſolum imputabilitate ipſiuſmet peccati.

¶ Item poſterius neceſſario concomitans prius non imputatur imputabilitate alia ab illo priore. ſed iſtud non vitare ipſum peccatum: eſt poſteriꝰ neceſſario concomitans illud peccatum, ergo nō imputatur imputabilitate alia ab ipſo peccato.

Sed vlterius arguitur ſic de ipſa omiſſione Si omiſſio eſſet peccatum ſequeretur aliquod eē peccatum nullius malitie vel infinite malitie. ſequela probatur. Omittat ſortes diligere deum ꝓ illo inſtanti pro quo tenebatur diligere: tunc ſic malitia illius omiſſionis menſuratur penes bonitatem dilectionis dei omiſſe. ſed infinita omittitur dilectio (ſuppono voluntatem in infinitum actum poſſe cum adiutorio) ergo illa omiſſio infinite malitie eſt,

¶ Si dicas ꝙ nullam dilectionem dei omittit qa ad nullam certam dilectionem obligatur, tūc ha beretur ꝙ illa pura omissio erat nullius malicia, quod erat probandum.

¶ Respondeo ꝙ argumentū istud q̄ q̄ sa tis difficile sit, falsa tamen innititur ymaginatio scilicet ꝙ malicia pure omissionis mensuretur p nes bonitatem ipsius actus omissi, sed dico ꝙ m surатur principaliter eius malitia penes diuina obligationē mādati qđ trāsgredit̄ ille omittens

¶ Quo ad secundum punctum motum i principio argumenti. an scilicet contingat mer re per purā omissionē, Dicēdū ē ꝙ non. sed req ritur actus voluntatis recte rationi conformis a merendū, ¶ Quare si debeat quis merere imp do hoc mādatū nō occidas. non sufficit pure neg tiue se habere. sc₃ non occidendo. sed requir actum voluntatis quo velit non occidere. ¶ Se quereret aliquis an illud mandatum negatiuum scilicet non occides, obliget viatorem aliquand elicere actum circa ipsum, scilicet talem actu₃ v lo non occidere. ad hoc respondetur breuiter non quoniam nullibi constat nec auctoritate ne ratiane vnde talis sit obligatio. ¶ Cōtra hanc r solutionē obiicitur sic, quicūq₃ adiplet diuinū m datū in grā exn̄s meret̄, s₃ aliq̄s p purā omission adimplet mandatum diuinum in gratia exists ergo talis per puram omissionem meretur.

¶ Respondetur: Neganda est maior assum

pta,ſed requiritur ꝙ impleret diuinum mādatū actu poſitiuo. ¶Et pro iſto etiam notandum eſt ꝙ non quilibet actus adimpletiuus acquitatiue ipſius precepti diuini eſt bonus moraliter & per cōſequens nec meritorius, quoniam contingit aliquando per actum ex circunſtantia malum aliquando adimplere acquitatiue ipſum diuinum mādatum. ¶Et ita dicit bonus ille doctor Iohānes Gerſon,ꝙ obligatus dicere horas dicens eas cum peruerſiſſima intentione,per talem actum ex circunſtantia malum adimplet acquitatiue illud preceptum de dicendo horas taliter ꝙ non obligatur,iterum dicere horas.Et ita obligatus ſubuenire proximo in extrema neceſſitate/ ſubueniens illi propter vanam gloriam /vel alio fine malo/ verum eſt ꝙ per talem actū ex circunſtantia malum adimplet acquitatiue illud preceptum de ſubuentione.Nichilominus tamen erit confitenda illa mala circunſtantia.Dictum eſt notanter acqtatiue,quoniam ſi talis debeat merere requiritur ꝙ eius actus ſit moraliter bonus. ¶Correlarie ſequitur,ꝙ diuina mandata non obligant aliquem adimplere ea meritorie,niſi expreſſe in illo mandato contineretur circunſtantia gratie,vt forte eſſet de ſuſceptione ſacramenti euchariſtie.

Sed vlterius arguitur ſic, Si cōtingerit per puram omiſſionem peccare vt dictum eſt, ſequeretur in aliquo caſu aliquem peccare manentem in gratia.ſequela probatur,volo ꝙ fuerit datum

preceptũ sorti de diligendo deum in aliqua pa
p roportionali hore preterite,signatis minorib
versus hoc instans terminans in quo nos nunc
mus,& sortes non dilexerit deum in aliqua pa
proportionali.tunc sic arguitur. sortes teneba
diligere deum in aliqua parte proportionali h
re preterite & non dilexit ergo omisit in illa ho
p̄terita,& vltra ergo tali omissione per te pec
uit mortaliter.Sed ꝙ continue manserit in gra
probatur,quoniam in omnibus istis partibus p
portionabilibus mãsit in gratia & omnis iste p
tes proportionales fuerunt illa hora tota, ergo
illa tota hora mansit in gratia,consequentia p
tet cum minore/& probatur maior,quia non p
didit gratiam in prima parte proportionali q
non erat pro tunc obligatus eo ꝙ poterat in p
tibus ꝑportionabilibus sequentibus diligere d
& eodem modo probandũ est de secunda, & q
libet alia parte proportionali sequente quoni
post quamlibet dabilem sunt infinite partes p
portionales.

Magna est hec difficultas ad quam solu
dam laborauerunt multi,quorum solutio com
nior fuit ꝙ irratiõabile foret tale preceptum o
gans pro aliqua parte proportionali excluden
instans terminatiuum illius hore.Quare non p
set deus tale mandatum dare excludendo illud
stans,sed includetur in tali precepto illud insta
& pro illo instanti omissio est primo imputab

ita ꝙ perdidit gratiam primo in illo instanti ter minatiuo hore. Istam ymaginationẽ inuenerunt ad vitandum inconueniens supra illatum. ¶Cõ tra istam solutionem arguitur sic non est inconue niens illud supra illatum/ergo propter ipsum vi tandum non est dicendum ꝙ deus nõ posset dare tale præceptum/ excludendo instans terminans horam, assumptum probo. detur preceptum sorti non elicere actum, vt quattuor intensum sub pena peccati mortalis, & eliciat fortes existẽs in gratia pure successiue talem actum per totam horam. q erit primo elicitus totus in instanti terminatiuo hore, tunc certum est ꝙ perditur gratia primo in illo instanti, quoniam in nullo instanti precedẽte fuit in eo actus intensus vt quattuor/ ergo conti nue ante illud instans mansit in gratia. Sed ꝙ per talem totam horam peccabat mortaliter, probatˀ sic. transgrediebatur diuinum mandatum per illã horam, quod patet sic. quia erat mandatum ei nõ elicere actum vt quattuor intensum, & per totam illam horam eliciebat successiue actum intensum vt quattuor ego in illa tota hora transgrediebatˀ preceptum diuinum, & vltra ergo peccabat morta liter per illam totam horam. ¶Propter istam ra tionem adductam, iudicio meo illa ymaginatio prius data erat potius fuga q̃ solutio ideo aliter dico. ꝙ quemadmodum non valet ista consequẽ tia. elicitur in hac hora. actus mortalis contra di uinum mandatũ ergo in hac hora preditˀ gratia:

ergo in hac hora perditur gratia,ſed deberet aſſumere. In hac hora eſt actus mortalis pri elicitus contra diuinum mandatum.ergo per gratia.Et ita ſimilimodo dicendum eſt in caſu iectionis facte de omiſſione.puta ꝙ ſortes tra greditur diuinum mandatum per illam hor ſucceſſiue omiſſionibus partium proportiona lium: & eſt primo tale mandatum tranſgreſſ in inſtanti terminante horam,ideo in illo in ti primo perditur gratia per primum inſtans eſſe.& committitur culpa per primum inſtans Correlarie ſequitur ꝙ licet ſortes ante hoc in peccauit,tamen non fuit ante hoc inſtans in p & ideo q̃q̃ ſtaret peccare mortaliter cū gratia, tamen ſtaret peccatum mortale cum gratia. eſt ſatis ingenioſum & probabile.

Vlterius arguitur ſic inquirendo diffic tatem de grauitate malicie omiſſionis: puta nes quid attenditur grauitas malicie omiſſion Et arguitur ſic,ſi pura omiſſio eſſet peccatum non diligere deum eſſet tam malum q̃ bonum diligere deum,iuxta illud commune dictum ſicum. Tam mala eſt priuatio q̃ bonus eſt hab ſi concedas illatum ſicut apparet eſſe conced dum. ¶ Contra,per te tam malum eſt non dil re deum q̃ bonum eſt diligere ipſum.ſed dilig deum ipſum eſt tam bonum q̃ malum eſt od ipſum. ergo non diligere deum. ipſum eſſet ta

malum q̃ malum est odire ipsum. sed consequēs est manifeste falsum. quoniam actus contrarius precepto peior est q̃ pura omissio precepti, & sequela seu consequentia est nota, & manifesta. igr̃. ¶ Respondetur negando primam consequētiā factā vbi infertur ꝙ nō diligere deū esset tam malum q̃ bonum est ipsum diligere, & ad probationem dico ꝙ fere nunq̃ habet illud dictum vulgatum verum. videlicet ꝙ tam mala debet esse priuatio q̃ bonus est habitus, nisi fuerit in phisicis & naturalibus & non in moralibus. sed ipsum dictū bene intelligendo in moralibus debet modificari ista particula proportionabiliter. hoc est dicere. ꝙ habitum q̃to vnus melior vel peior altero: in tanto sua priuatio priuatione alterius dicitur melior vel peior. ¶ Correlarie sequitur ꝙ equātur bonitas dilectionis dei & malicia sui odii. sed odire deum excedit non diligere in malicia. ergo diligere deum excedit in bonitate non diligere i malicia, & ita relinquitur notum ꝙ non diligere deū nō est tā malum q̃ bonum est ipsum diligere

¶ Secundo sequitur clare falsitas ipsius roberti holKot dicentis/ ꝙ liberari a pena est tam bonum q̃ malum est ordinari ad penam/ quoniā ordinari ad gloriam eternam est eque bonum q̃ malum est ordinari ad penam eternam. sed liberari a pena eterna est inequale primo. ergo est inequale secundo. ¶ Tertio sequitur ꝙ in om

nibus iſtis debet comparari habitus habitui priuatio priuationi. ꝙ ſi priuatio vnius habi alterius comparetur non erit equalitas. compa tur igitur ex vna parte diligere & odire,& ex a parte non diligere & non odire,& ita ex vna p ordinari ad vitam eternam & ordinari ad pe eternam:& ex alia parte priuationes illoꝝ m morie ſemper commendando ꝙ actus contra precepto eſt peior q̃ pura omiſſio precepti.

¶ Occurrit dubium an odire deū ſit id grauius q̃ non diligere.quia ipſum eſt tranſgr uum duorum preceptorum.¶ Reſpondetur b uiter ꝙ illa non eſt cauſa.quod probo ſic,quo ſit inſtans.a.pro quo ſortes teneatur diligere d & non plato.ſortes pure omittat diligere deu & plato odiat deum pro eodem inſtanti,cert eſt ꝙ odire deum ipſius platonis grauius eſt q̃ diligere deum ipſius ſortis: & tamen ipſum n eſt tranſgreſſiuum duorum preceptorum. ſcili precepti dilectionis:& precepti non odii.ſed lum eſt tranſgreſſiuum ſecundi:quoniam non nebatur pro tunc diligere deum. Eſt igitur g uius odium dei q̃ pura omiſſio dilectionis,& propter maiorem deformitatem ipſius ad rec rationem.

Ex omnibus dictis patet reſponſio ad fo mam ſecundi argumenti principalis.quoniã ꝙ pura omiſſio ſit peccatum nõ hẽt tñ ꝙ ſit

quis actus moraliter malus non liber: quoniam talis pura omissio non est actus.

Restat tamen difficultas bona. quoniã peccatum debet esse voluntarium: sic ꝙ nisi sit volũtarium non est peccatum: vtrum igitur aliqua pura omissio sit libera. ¶ Respondetur ꝙ sic: quoniam voluntas non est solummodo libera in eliciendo actum, sed etiam in cessando ab actu, sed talis cessatio est pura omissio actus: ergo aliqua pura omissio est libera, non tñ quelibꝫ cessatio voluntatis ab actu est libera: sed cessatio cũ cognitione obiecti sufficiẽti ad aliciẽdũ actum. ¶ Quare in illa auctoritate Augustini: non est accipiendus voluntarium precise positiue pro ly volitũ, sꝫ ꝓ ly liberum. Ita ꝙ nullum est peccatum nisi sit voluntarium. id est liberum.

¶ Sed contra hoc obiicitur sic/ nulla pura omissio impossibilis ẽ libera. sed alicuius impossibilis omissio ẽ pctm̃, ergo aliqua omissio nõ libera ẽ pctm̃. cõsequẽtia ptꝫ cũ maiore. & ꝓbatur minor. cõtingit aliquẽ obligari ad ĩpossibile, vel saltem obligari ad aliquid pro aliquo tempore pro quo non est sibi possibile ex circũstãtia: ptꝫ sic obligatꝰ ire ad matutinas dormiẽs ex culpa nõ expergefactus: ꝓ tũc omittit culpabiliter, & tñ ẽ ꝓ tunc sibi impossibile ex circunstantia somni.

¶ Tangitur ibi illa difficultas cõmunis, an posset aliquis obligari ad ĩpossibile: nõ dico ad volẽ

dum impossibile, quoniam certum est illud esse impossibile. Est igitur dubium & diffic an aliquis posset obligari ad exsequi impossibi sibi, Dixerunt multi ꝙ cōtingit aliquem obl ri ad aliquid quod est factum sibi impossibi culpa. ¶ Alia est opinio, & mitior tenens n se aliquem obligari ad exsequi impossibile impossibile ex culpa siue non. Istud probat diffinitione legis cum suis cōditionibus: qua vna est ꝙ sit possibilis. ¶ Item a legislator tur lex vt adimpleatur. ergo non fertur nisi ill bligatorie potentibus eam exsequi. & per co quens non obligat aliquos pro tempore pro sunt impossibilitati.

Restat igitur dicere quando peccauerit dormiens tempore matutinarum. ¶ Respon dū est pro isto: & similibus. lex aliquid prec eadem obligatione prohibet impeditiuum raliter exsequutionis precepti. Quare liber ciens aliquid impossibilitatiuum illius. pro setur peccare, & contrahitur culpa totius obl tionis mandati, vt in proposito tota culpa omissionis de non eundo ad matutinas est in litione dormitionis. ¶ Quare inferendum per naturale quoddam vinculum siue culpa cedēti impossibilitetur aliquis, ne possit ire ad tutinas: talis sic impossibilitatus: ne ꝗ peccar obligatur, verbi gratia. si alicui euenit somn

ex sua culpa ligans eum atq; impossibilitans ad ire matutinas tunc talis omissio de non eundo ad matutinas non esset imputabilis: & ita de multis aliis casibus similibus dicendum est.

Tertio principaliter arguitur sic. Quilibet actus credendi est actus non liber. & aliquis act⁹ credendi est meritorius: ergo aliquis actus meritorius est non liber, & vltra: ergo aliquis act⁹ moraliter bonus est non liber: cõsequentia pz cum minore: maior probatur: quoniam detur oppm̃, scz q̧ aliquis actus credendi est liber. ¶ Contra, ergo est in libera potestate volũtatis facere intellectũ cuicũq; ꝓpositioni assẽtire: sed hoc est cõtra experientiã: ergo. ¶ Tangitur in ꝓposito ꝓblema illud commune: an credere articulis fidei sit ĩ libera potestate volũtatis: ita q̧ ad actum credẽdi voluntas effectiue concurrat. ¶ Vna ẽ opinio tenens q̧ nõ: & q̧ quilibet actus credẽdi ẽ actus pure naturalis: & causatus mere naturaliter a motiuis necessitantibus intellectum: & hanc opinionem substentat Robertus olKot in principio sententiarum. ¶ Sed contra hanc opinionẽ arguit̃ alia opinio. primo sic: non precipitur nisi q̧ subiacet libero arbitrio voluntatis, sed a deo precipitur credere: ergo credere subiacet libero arbitrio voluntatis. ¶ Item si actus credendi esset pure naturalis & a causis necessitantibus intellectũ: tunc act⁹ ĩfidelitatis nõ eẽt dicẽd⁹ demeritorius: patet

cũ nõ subiacet libero arbitrio credere vel nõ credere. ¶ Potest quis tñdere defẽdẽdo olKot, q voluntas dupliciter potest cõcurrere ad aliquẽ actũ scilicet applicatiue & effectiue. Applicatiue quidem applicãdo agẽtia pacis ad ꝓducendũ talem vel talẽ effectum, & hoc modo homo applicans ignẽ aque/diceretur quodammodo cã calefactionis aque/nõ quidẽ effectiua / sed applicatiua. Sic dicitur aliquid effectiue concurrere/ qñ ip̄s effectum attingit ꝓducẽdo, & isto primo mõ volũtas posset dici cã act⁹ ꝓducẽdi, qm̄ ipsa libere potest applicare motiua intellectui naturaliter cãtiua ipsius actus credẽdi. ¶ Potest etiã applicare intellectũ illis motiuis cõuertẽdo ipsum intellectũ ad cõsideratioñẽ illorũ, & ita posset impedire retrahendo intellectum a cõsideratione ipsorum/ & illa libertas applicatiua est sufficiens ad hoc q posset dari preceptum super actu producendo a causis sic applicatis.

¶ Insuper arguitur. nulla causa debilis vincit causam fortiorem nisi adiuta fuerit. sed motiuum ineuidens quandoq; vincit motiuum euidens/ & quodlibet motiuum euidens est fortius ineuidente, ergo illud motiuum ineuidens iuuatur ab aliqua causa ad producendum assensum ipsius propositionis, & illa causa iuuans non est nisi ipsa volũtas: ergo voluntas effectiue concurrit ad talem assensum ineuidentem causandum. ¶ Ad istam obiectionem consequenter defen

do opinionem ol Kot, posset quis negare q̧ omne motiuum euidẽs quolibet motiuo ineuidente sit fortius, ymo propter certã cõditionẽ existimatã ipsius dicẽtis/stat eius auctoritatẽ ineuidẽtẽ in aliquo vincere aliquod motiuum euidens, & illđ probatur sic, sit motiuum euidens virtutis duplæ ad motiuum ineuidẽs: potest augeri motiuum ineuidẽs, & triplicetur: tunc ipsum efficietur fortius in sex q̃ altero q̃ illud mediũ euidẽs: & sic p ꝫ pbabilitas ipsiꝰ opiniõis ol Kot de gñatiõe actꝰ fidei.

¶ Sed quia multæ auctoritates sanctę scripturę sonant, q̧ credere articulos fidei est liberuꝫ & q̧ nemo credit nisi volẽs, vt non crediderunt, quia credere noluerunt: ideo ponenda, & tenẽda est opinio secunda communis, & probabilior. videlicet q̧ actus credẽdi est actus liber, ita q̧ quandoqꝫ motiuum ẽ ita debile q̧ nõ sufficeret per se pducere assẽsũ talis propositionis incuidentis: sꝫ ipsum, & imperium voluntatis imperantis intellectui credere, sufficiũt cãre assensũ talis ppõnis, ita q̧ tempore miraculorum cristi equaliter applicabantur illa motiua fideli: & infideli: sed iste credidit: quia voluit, & alter non credidit quia noluit: ita q̧ cuꝫ illo motiuo cõcurrebat volitio istiꝰ ad credẽdum, & ita nolitio alterius impedit alterum ne credere possit. ¶ Patet igitur q̧ voluntas pie affectata facit intellectum credere plusquã ratio probat, hoc est facit assentire alicui

propositioni cui motiuum nõ esset sufficiẽs face re intellectum assẽtire, & ita similimodo volun tas facit aliquando intellectum discredere idq; ratio probat hoc est ratio adducta siue motiuum esset sufficiens causare assensum talis propositio nis:sed imperium voluntatis in oppositum imp diet causalitatem illius effectus,& cũ alio moti. causabit assensum oppositum. ¶ Sed hic occu rit difficultas,vtrũ articuli fidei sint cõtra rõnẽ turalẽ.pro hoc dubio notandũ ẽ ꝙ ratio natur lis siue lumen naturale dicitur cognitio possibi viatori ex his que experimur seclusa reuelatio vel auctoritate:& certũ ẽ ꝙ seclusa reuelatiõe auctoritate,inuestigando atq; cõcludendo ex que experimus & in magna indagatione cog scere possumus:inferret humanus intellectus, nulla res simplex est plures res. & quelibet ca & ꝙ mulier non potest parere virgo perman. ¶ Ex isto patet solutio ad dubium,ꝙ tales ar culi fidei sunt dicendi contra.& preter ration naturalem.id est contra assensũ, qui natura haberetur ex his que experimur & humana c gnitione cognoscimus seclusa reuelatione,ve ctoritate. Et istud est probabilius q̃ opposit ¶ Est insuper notandum & sciendum ꝙ dup est assensus,scilicet euidens & ineuidens. Asse euidens est assensus sufficienter causatus med vel immediate a noticiis apphensiuis termi rum/non concurrente alio assensu: exemplifi

re est facile. Assensus vero ineuidens est assensus non sufficienter cãtus a noticiis apphẽsiuis terminorum neq; mediate neq; immediate, sed requiritur alius assensus: nõ requiritur igitur cõcursus voluntatis ad assensũ euidẽtẽ, dico tñ q̃q̃ non requirat̃ p̃t cõcurrere & cãbĩ assensus euidẽs intẽtior q̃ eẽt sine cõcursu voluntatis. Ad assensũ aũt ineuidentem cõcurrit etiam voluntas effectiue. nõ potest tamen voluntas sine motiuo alio coadiuuante causare assensum. ¶ Quare venit notandum q̧ posset esse motiuum tam debile & imperium voluntatis tam remissum q̧ non sufficiunt causare assensũ firmum talis propositionis ineuidentis: requiritur ergo motiuũ vel imperiũ volũtatis certo modo intensum. & vbi erit motiuũ debile supplebit fortitudo imperii voluntatis/ & vbi erit remissio imperii voluntatis supplebit fortitudo motiui.

Contra eandem opinionem fiunt obiectiones. ¶ Prima, Sequeretur q̧ posset voluntas facere intellectum cuilibet propositiõi quantumcunq; ineuidenti assentire/ & cuicunq; euidenti dissentire/ saltem cum aliquo motiuo: sed hoc est cõtra experientiã. igitur. consequentia patet: & maior probatur. quia posset imperium voluntatis adeo crescere q̧ cuiuslibet motiui virtutem superet. ¶ Ad istam obiectionem pro prima parte ipsius maioris conceditur maior. scilicet cuiq; p-

positioni ineuidenti posset voluntas affectata c
aliquo motiuo facere intellectuȝ assentire, q̄m
formidolosa siue assensus formidolosus moti
debilis cum adiutorio imperii voluntatis impe
tis intellectum assentire sufficit causare assensu
firmum articuli ineuidentis fidei ratio est. qu
niam efficatia effectionis potest supplere causa
tatem firmitatis ipsius rationis siue motiui.

¶ Sed quo ad secundam ptem illius ma
ioris assumpte de assensu euidente, concedit i
bonus doctor de aliaco, ꝙ cuicunqȝ propōni q
cunqȝ euidenti potest voluntas cum aliquo mo
uo in oppositum facere intellectum assentire. h
certum est de multis propositionibus euident
Sed de summo gradu euidentię est dub
& tenet ille doctor vniuersaliter ꝙ sic: ita ꝙ v
luntas vehementer affectata potest facere cū a
quo motiuo in oppositum, primo principio d
tire/& cuilibet propositioni innitente primo p
cipio/videlicet assentire copulatiue composit
duabus contradictoriis, & ita taliter firmiter a
tire toti āti & bonitati consequentie. & non a
tire consequenti. volūtate cum aliquo motiuo
pediente causalitatem illorum assensuum ant
dentis & bonitatis consequentie.

¶ Sed dices assensus premissarum & bo
tatis consequentiæ sunt cause mere naturales
sius assensus conclusionis, ergo non est in lib

potestate voluntatis quin causetur assensus conclusionis: illis positis, negatur consequentia, concesso antecedente, certum est enim q causae mere naturales possunt impediri a suo effectu ymo sepe impediuntur etiam ipsis remanentibus / cuiusmodi ignis a frigore circunstante / ita similimodo stantibus assensibus premissarum & bonitatis consequentie voluntas potest impediri ne producatur assensus conclusionis. ¶ Occurrit tamen obiectio satis difficilis de descensu primi principii / siue de assensu totius copulatiue ex contradictoriis composite, supponendo esse naturaliter incompossibiles assensus contrarios cuiusmodi sunt assensus contradictoriarum.

Et arguitur sic. causa virtualiter continens effectus incompossibiles non est possibilis. sed ille assensus totius copulatiue continet virtualiter effectus incompossibiles. scilicet assensus duarum partium illius copulatiue / ergo non est possibilis talis assensus copulatiue composite ex contradictoriis saltem naturaliter loquendo. ¶ Respondetur q illa maior assumpta est neganda. quoniam illa causa potest ab vno illorum effectuum impediri / ergo ab ambobus Quare ad positionem talis cause non sequitur positio effectuum contrariorum simul. ¶ Sed vlterius arguitur sic volendo probare q voluntas se sola potest sine motiuo facere intellectum assentire articulo fidei inevidenti quoniam dato opposito sequitur q non contingeret assentire propositioni inevidenti

ti:quin essent infiniti assensus subordinati:pa
sic, assensus vnius propositionis ineuidētis cā
partialiter ab assensu alicuius motiui,& iterū a
su illius motiui cāretur ab assensu alterius mot
& sit sine statu,erit deueniēdū ad aliqd motiu
vel propōnē cui voluntas facit intellectum ass
tire sine assensu alicuius motiui.

Argumentum istud cogit dicere ꝙ in t
processu credēdi ē deuenire ad aliquod motiu
cui assentit intellect⁹ sine assensu alterius mot
& tale erit motiuū euidēs:vt patet per diffinit
nē euidētis ꝑpōnis.exēpli grā, in vetula audi
predicatorē. hoc est motiuū euidēs: iste hoc d
nec inuenio eum mendacem.& assēsus huius
cātur ab assensu alterius motiui.sed a tali mot
cum īperio voluntatis cāť assensus propōis pd
te. ℂ Correlarie sequiť ꝙ nō cātur opinio/err
& fides/sine motiuo euidente. aliter oportet p
nere processū in infinitum in assensibus subor
natis:vt probauit ratio.Secundo sequitur ꝙ n
omnis assensus cātus ab assensu euidēte ē euid

Sed difficultas est/ an possit causari ass
sus firmus:& ineuidens sine imperio volunt
& concursu. Respondent doctores commun
ꝙ licet posset causari opinio siue assensus form
dolosus,non tamen firmus assensus ineuiden
ne concursu voluntatis.Videtur tamen mihi
ter dicendum ꝓbabiliter ꝙ motiuū ineuidēs

eē ita efficax atq3 fortificatū q̄ erit sufficiens sine cōcursu volū tatis cāre firmū assensū ꝓpōis ineuidētis, dūmō nō ipediat̄ qm̄ poterit adeo augmētari motiuum q̄ supplebit sufficiētiā voluntatis.

Relinquitur ergo ex dictis q̄ credere articulis fidei est in libera potestate ipsius credentis ita q̄ actus credendi dicēdus est moraliter bonus vel malus secundum q̄ imperatur ab actu voluntatis bono vel malo.

Sed occurrit parua difficultas. vtrum euidētia crediti tollat meritum, Videtur q̄ sic ex communi auctoritate, sed in oppositū ar̄: qm̄ consistit principaliter meritū in actu voluntatis: ergo euidētia vel ineuidētia ipsius actus credēdi vel crediti nō cōfert vel affert meritū. Item alias esset fugiēdum studium theologie per quod inquireretur veritas alicuius articuli. ¶ Respondetur ad hoc dubium q̄ de facto euidentia vel ineuidentia q̄tum est ex se non confert vel affert meritū sed manet meritum equale: seruato fine eodem, scilicet credere propter deum reuelantem vel manifestantē taliter q̄ vbi foret ineuidens tale creditum non minus crederetur q̄ si esset euidens, sed si crederetur: quia euidens: taliter q̄ nisi euidens foret nō crederet̄, tūc tolleret̄ vel minueret̄ meritum.

Sed vlterius obiicitur sic sequeretur ex dictis & concessis. q̄ credere falso esset meritorium

sequela probatur contingit talẽ actum credẽdi imperatũ ab actu voluntatis meritorio cuiusm esset simplex vetula assentiens predicatori as ti hãc propõnẽ. Noel precessit Adã, s3 falsitas sequẽtis ostẽdit, qm̃ talis vetula errat, ergo p nõ meret. ¶ Tãgitur in hoc argumẽto dubi illud probleumaticum an stet aliquem merer assensum falsum. Et vna opinio tenet ꝙ nu meretur assentiens falso per illud assentire.

Sed contra hanc opinionem arguitur, q libet actus prius indifferens, circunstantion siue debito fine alia circunstantia mala ca raliter bonus, sed aliquis actus credendi fal actus indifferens, & stat talem actum vestri stantia debiti finis siue alia circunstantia m ergo per hoc efficietur moraliter bonus.

Propter hanc rationem relinquo opi nem illam recitãtem tanq̃ falsam, & teneo q quod credere falso dummodo sit subordina actui voluntatis bono est moraliter bonum cum gratia meritorium.

Sed dubium maius occurrit scilicet nõ tingat ꝙ credere propõni heretice sit merito & est etiam probleuma, tenent aliqui ꝙ non aliqui ꝙ sic.

Tñ notãdũ ẽ ꝙ ꝓpõnũ scripture sacre sũt grad⁹ multi etiam personarũ credẽtiũ gr

Quedã sunt propositiones quas tenetur quilibet adultus explicite credere, cuiusmodi sunt decẽ articuli fidei,& articuli de quibus fiunt in ecclesia festa solennia. Explicite quidẽ.i.cuiuslibet eorum hñdo specialẽ assensũ saltẽ in sua communitate: q̃ dico, propter difficultates incedẽtes q̃ qñq; oriũt doctorib⁹ circa illos articulos, quos siplices nõ tenẽ t explicite scire, Alie propõnes scripture sancte quas nõ tenentur omnes scire explicite: sȝ sufficit simplicibus credere implicite. Implicite quidem scilicet assentiẽdo isti propõni: vera sũt omnia q̃ approbat ecclesia, notãter dixi simplicib⁹ qm̃ cõtingit ex officio aliquẽ obligari scire explicite multa q̃ tenẽtur simplices solũ scire implicite, cuiusmodi sunt superiores,& prelati: quibus incũbit officiũ istruẽdi subditos ex bñficio accepto.

¶ Istis notatis dico ad dubium. ꝙ assẽtiẽs propositioni hereticæ cuius oppositum nõ tenebatur scire explicite non peccat per hoc. ¶ Secũdo dico ꝙ per hoc stat mereri: qd̃ patet sic: quoniam talis actus credendi erat illi indifferẽs quo ad bonitatẽ vel maliciam, quia non tenebatur ad illud vel ad oppositum: & cõstat talẽ actũ circunstantionari fine debito sine alia mala circũstãtia ergo per hoc efficietur moraliter bon⁹: & per cõsequens cum gratia meritorius. ¶ Sed si fuerit ꝓpositio quã talis persona teneatur explicite scire ex se vel ex circunstãtia sui stat⁹ & tũc ẽ maius du-

bium an quispiam per hoc q̄ assentiat oppo
illius possit merere.

Et pro isto notandum est q̄ triplex ē ig
rantia. Quedam est ignorantia crassa atq; su
& dicitur illa ignorantia agendorum cōtract
negligentia & torpore persone non curantis
ficienter laborare pro inuestigatione veritatis
talis ignorantia nō excusat a toto: sed excusat
a tāto. i. ab vna parte malicie. Alia est ignor
tia affectata & est illa quā habens affectat ha
re: neq; vellet scire agenda: & hoc forte vt lib
voluptatibus indulgeat. Alia est ignorātia in
cibilis & est ignorantia manens in aliquo fa
quod in se est secundum conditionē sui status
¶ Vlterius replicatur sic, prędicans errorem populo. si populus credat grauius peccat ille q̄ populo non credente, ergo tale exterius opus addit maliciam. consequentia patet, & antecedens probatur. primo modo seducit populum, & non secundo modo: ergo grauius peccat. ¶ Respondetur q̄ talis q̄tum est: ex hoc non grauius peccat populo credente q̄ populo non credente: & ad probationem neganda est consequentia, quoniam q̄ isto secundo modo non seducat populum, non p̄uenit ex se/ quia fecit quod in se fuit. vt seduceret populus. ¶ Dixi notanter q̄tum est ex hoc. quo-

niam predicans errorem sciens populum nō c
diturum. grauius peccat. q̃ predicans errorē sc
populum non crediturum: sed nichil contra p
tionem quoniam illi actus interiores differūt
cie. & hic habetur analogia. inebrians se. & s
in ebrietate se facturum iacturam proximo, g
uius peccat, q̃ se inebrians. sciens ex conditi
sue complexionis in ebrietate non se facturū
liquam iacturam proximo. sed illi actus inte
res differunt specie nam habent obiecta diu

¶ Sed vlterius replicatur sic, ista positio est h
sis illius petri beroaldi dicentis. Nos ergo di
ꝙ sola voluntas eternaliter remuneratur. ne
opera peior vel melior efficitur homo. nisi f
sis quando operatur, voluntas eius in aliquo
mentatur.

Ad hoc argumentum respōdet BoKin
ꝙ non multum fuit erronea positio eius. ym
ta eius positio ē vna auctoritas hugonis. libr
sacramentis. Sed qualiter ille petrus intell
dixit ille doctor preallegatus. ignoro. Et fort
tellexit ꝙ q̃titas obiecti non aggrauat actū i
volens occidere duos homines non grauius
cet q̃ volens occidere vnū. & in hoc sensu fu
ronea positio eius.

Sed dices velle occidere duos homines
actus interior grauior q̃ velle occidere vnum
ris aliis paribus: & nō nisi quia act⁹ exterior

ta occidere duos addit sibi interiorē maliciā, igit.

Respondetur q non addit sibi maliciam in ratione executionis. sed in ratione obiecti. ymo datis duobus eque efficaciter volentibus occidere duos homines quorū primus occidit duos: & nō secundus propter impedimentum non subiacens arbitrio eius. nullo pacto grauius peccat primus/ q̃ secundus. & tamen primus exsequitur homicidium duorum. & non secundus.

¶ Sed vlterius arguitur sic, sequeretur ex dictis q contingeret omnia mādata dei implere sine opere exteriori. patet sequela, quoniam posito actu interiori eque intenso. quis nō magis meretur. aut demeretur per actum interiorem & exteriorē simul, q̃ per interiorem tantum. igitur. ¶ Respondetur primo notando vnam vtilem distinctionē videlicet: q duplex est volitio, quedā est volitio cuiusdam complacentie que potius dicenda esset quedam vallietas. & talis non est executiua opis. Alia est volitio formaliter imperatiua executionis. & ad talem semper formaliter sequitur operatio exterior nisi occurrat impedimentum non subiacens pro tunc libero arbitrio operantis & talis actus interior requiritur ad mādata dei implēda & per ipsum etiam impletur mandatum dei siue fuerit executio operis exterioris siue non. qm̄ tali volitiōe habita nō p eā stat q̄n fiat op⁹ ad extra. talis e m̄ volitio vel act⁹ iterior ꝓhibet nomi-

ne actus exterioris cum dicitur non furtum fa
non occides, & prima prohibetur nomine a
interioris cum dicitur non concupisces rem p
ximi. ¶ Unde volitio formaliter imperatiua
secutionis/si bona est melior q̃ similis volitio
placentię, & si mala peior, sunt enim volitio
specie differentes & non solum penes inten
nem & remissionem.

Hoc notato respondetur quum obiic
q contingit omnia mandata dei adimplere
actibus exterioribus: si intelligas q semper n
quoniam requiruntur volitiones formaliter
peratiue exsecutionum exteriorum: & ad eas s
per sequuntur operationes exteriores nisi oc
rant impedimenta non subiacentia volũtati
talibus impedimentis positis sufficienter ad
pletur pręceptum per talem actum interiore

¶ Sed vlterius replicatur sic. ex ista posi
ne & modo dicendi sequitur q vniuersaliter
luntas reputaretur pro facto, saltem voluntas
maliter imperatiua exsecutionis. ¶ Respond
intelligendo in foro dei & quo ad p̃mium e
tiale concedo illatum, notanter addo illas p
culas p quibus sit hec pulchra regula. ¶ Vol
tas non reputatur pro facto in pręmio accid
li ęterno neq; in actibus priuilegiatis, neq; in
ercitiis sacramentorum, neq; in actibus satisf
riis, neq; in pręmiis, vel pœnis legũ humana

que premiant vel puniunt ea que immediate pro sunt vel obsunt pacifice couersationi pollicie: exemplum prime partis regule duobus enim eque efficaciter morte perpeti volentibus pro christiana fide, quorum vnus moritur & non alter equalis dabitur eis beatitudo essentialis, scilicet q̄ consistit obiectiue in deo siue in clara visione dei & dilectione eius: tamen vni dabitur aureola martyrii & non alteri. ¶ Et talis aureola dicitur quidam ornatus corporis in signum excellentis victorie. & secūdum ymaginationem quorumdam correspondet similis ornatus ipsi anime, & de facto ei inherebit aliquod gaudium quod alteri nō inherebit, gaudebit enim q̄ mortem pro fide cristi sustinuit, & non gaudebit alter illo modo, gaudebit tamen alter voluisse efficaciter mori pro fide christi & tale gaudium etiā iste alius habebit. Exemplum secunde partis regule duobus eñ eq̄ efficaciter petentibus elemosinam pro consequēdis indulgentiis, quorum vnus vadit ad indulgentias eas consequendo & non alter: equalis beatitudo correspondebit & tamen vnus indulgētias consequitur & non alius: ita q̄ sit ei pene purgatorii relaxatio & non alteri virtute indulgentiarum quod notanter dico quoniam merito talis volitionis bone remittitur & vni & alteri aliqua portio pene purgatorii sed virtute indulgentiarū acquisitarū remittitur vni aliqua pena & non alteri ¶ Exemplum tertie partis regule vt duobus eque

efficaciter volentibus suscipere sacramentum p
nitentie quorum vnus suscipit & non alter vtr
correspondebit equalis beatitudo: tamen rati
operis operati scilicet sacramenti suscepti. fiet
qua relaxatio pene purgatorii isti & non alter

¶ Exemplum quarte particule. sint duo oblig
ti ieiunare vna die & crastina die eque efficac
volentes ieiunare quorum vnus ieiunat & non
ter equaliter merentur & tamen vnus redditur
quitatus a sua obligatione & non alter.

¶ Sed pro quinta particula regule mouetur
dubium bonum & cōmune An iura humana
berēt punire pro affectu sine effectu exterior
q sic sonāt alique leges vt codice de episcopis
clericis. Si quis non dicam rapere sed atten
re tantum iungendi gratia matrimonii sacra
mas virgines aus⁹ fuit capitali pena feriatur,
dicit summator ibi punitur affectus sine effect.

¶ Item libro nono & in plerisq; aliis locis l
tur eadem seueritate voluntatem sicut & effect
puniri iura voluerunt. vbi dicit sūmator cōl
in principem vel in eos qui ad latus eius sun
crimen lese maiestatis. etiam si nō sequatur e

¶ Sed in oppositum huius sonant alia iura vt
de penis. Cogitationis penam nemo patiatur
extra de penitē. distinctiōe prima vbi ad pro
situm multe habentur leges canonisate Cogit
tio pena ciuili non est punienda quoniam fuit

minis contenta est.

Respondendum est breuiter q duplex potest esse affectus siue volitio carens effectu exteriori principaliter intento, Quidam potest esse omnino intra sopitus scilicet ad nullum actum exteriorem proced ens. & de isto affectu iura intelligũtur ad partem negatiuam sonantia, ita q talis affectus nõ cadit sub foro iudiciali humano. vbi secundum allegata & probata proceditur que non habentur humanitus de tali affectu solo. Aliusvero est affectus carens effectu principaliter intento. procedens tamen ad aliquem actum exteriorem imperfectum & non exequendo principaliter intentum. & talis affectus carens effectu exteriori principaliter intento bene punietur in tali foro iudiciali humano. & de isto intelliguntur iura ad partem affirmatiuam sonantia. ymo potius diceretur puniri ipse effectus exterior imperfect9 in tali foro. vt in muliere. parare insidias mortis marito suscipere vel dare sacramentum super nece principis & sic de aliis.

¶ Replicatur principaliter ex positione hac precedente sequitur q euentus non aggrauaret actũ precedentem neq ipsum melioraret. consequẽs videtur falsum. Quoniam circa humana opera que puniuntur vel premiantur maxime considerari debẽt talia opera cũ his circũstãtiis. cã. pso-

na: loco,tempore,qualitate,quantitate: & euē
vt scribitur vbi supra extra de penitentia dist
ctione quarta: quod tamen non esset verum n
talis euentus & sic de aliis circunstantiis aliq
bonitatis vel malitię adderet actui precedenti.

¶ Tangitur hic bona difficultas puta qualiter
habeat euentus sequens ad precedentem act
cuius est euentus. Et primo notes aliquas regu
iuris de ipso euentu quarum vna est hec. ¶ Q
docunq; aliquid prohibetur, prohibentur om
que sequuntur ex illo. exempli gratia prohib
esu carnium in tempore quadragesimali intel
gitur prohiberi vsus eorum quę ex illis semē
originē trahunt videlicet ouorum butiri, case
aliorum lacticiniorum. ¶ Item prohibita con
piscentia intelliguntur prohiberi illa quę sequ
tur ex ea. Item quum prohibetur rei alienatio
telliguntur prohiberi vēditio, emptio, manum
sio, & cęteri contractus alienatiui, Item prohi
to furto intelligitur prohiberi omnis illicita
vsurpatio: Item prohibita mechia intelligitur
hiberi omnis illicitus concubitus. ¶ Item inte
cto officio intelligitur interdici & beneficiū. na
propter officium datur beneficium. item prohi
ta conuiuione ecclesię & ex consequente prohi
tur stipendia. & ita de multis aliis similibus co
formiter ad regulam precedentem dicendum e

¶ Alia regula iuris: euentus non dissoluit aliq

factum contractum legitime. qui tamen precedēs impediret faciendū. sub aliis verbis dicitur sic extra de regulis iuris in sexto. Factū legitime retractari non debet etiam si eueniet cas⁹ a quo nō potuit inchoari talis casus tamen precedens impediuisset contrahendum. sed sequens non dirupit contractum legitime factum. exempli gratia in potentia irremediabilis ad copulam carnalez precedens impedit matrimonium contrahendū. & tamen euentus talis impotentię post matrimonium consummatum nō dirimit ipsum. ¶ Similiter affinitas pręcedens impediuisset matrimonium contrahendum que tamen sequens nō dissoluit contractum. ¶ Sed tamen hęc regula iuris multas patitur instantias in quibus euent⁹ seqns dirimit contractum legitime. vt patet in sponsalibus. sunt enim sponsalia promissio futuri matrimonii. Matrimonium autem est vinculum consensu de presenti firmatū. Dico igitur ꝙ multiplex euentus sequens potest dissoluere sponsalia legitime contracta, Primo ingressus religionis altera etiam partium inuita. Secundo modo nimia mora vnius partium ad regionem aliam se conferentis, ad minus per tres annos spectare debet. Tertio modo lapsus termini temporis in contractu prefixi. Quarto mō lepra vel paralisis aut nasi vel oculi perditio vel turpius. Quinto modo fornicatio vnius partium. Sexto modo mutu⁹ cō sensus separationis. Septimo affinitas vel cogna

tio spiritualis superueniens Octauo. Contract
per verba de present i cum alio vel alia. quod
enim illorum prenominatorum dissoluit spo
lia legitime contracta. vt possit altera partium
teri nubere.

Ad dubium igitur motum an scilicet ec
tus sequens addat bonitatem vel maliciam
cto precedenti. respondet beatus Thomas pri
secunda questione vigesima. articulo quinto
talis euentus fuerit precogitatus. addit bonita
vel maliciam. si autem non fuerit precogita
hoc dupliciter. quoniam vel iste euentus. vt
plurimum est sequens tale factum. & sic addit
nitatem vel maliciam, Si vero talis euentus
de per accidens sequatur tale factũ. & sic non
dit bonitatem vel maliciam. ¶ Ista verba Th
me licet vera sint sunt tamen cruda quoniam
iet actus priusq̃ fiunt tales euentus. gratia exe
pli. fuit volitio se inebriandi quam sequuntur
micidia atq; fornicatiões in ebrietate. Quero
aggrauatur talis volitio ab istis euentibus. nõ
eliciebatur talis volitio, quoniam non erant
isti euentus. ergo tunc non aggrauabant istam
litionem. neq; quando sunt ipsi euentus. quon
non est tunc talis volitio. ergo nõ aggrauatur
ab illis euentibus. ¶ Dico igitur q; aggrau
fit in elisione ipsius actus propter verisimilitu
nem euentuum qui nati sunt sequi vel qui pro

biliter existimantur secuturi. & talem grauitatem retinent ipse actus siue talia sequantur. siue non:

¶ Vlterius replicatur principaliter imputantur actus exteriores sine interioribus quod non fieret nisi adderent bonitatem vel maliciam actibus interioribus. ergo. Assumptum probatur de operibus perfecte ebriorum. ¶ Tangitur hic bona difficultas. & vulgata. an opera durante ebrietate facta sint imputabilia. Notandum est q; duplex potest esse ebrius quidam imperfecte ebrius vel retinens aliquem vsum rationis. hoc ē cuius intellectus & voluntas suos actus adhuc exercent aliquo modo. & non est dubium quin opera durante ista ebrietate facta sint imputabilia. nam sunt libere imperata ab actibus voluntatis. ¶ Alius vero ē perfecte ebrius vel non retinens vsum rationis. hoc est cuius intellectus, & voluntas non exercēt suos actus. sed talia opera exteriora producuntur ab actibus ipsius appetitus sensitiui interioris & ita talis homo prorumpit in actus more bruti.

¶ Rursus potest esse talis ebrietas duplex, Quedam emendata ante alienationem per condignā displi centiam. & opera durante tali ebrietate sic prius emendata non sunt illi imputabilia ꝓpter ablationem culpabilitatis cause. Alia potest esse ebrietas non emendata ante alienationem. per condignam displicentiam. & de ista habet questio difficultatem.

Tenet vna opinio ꝙ talia opera sic f
in tali ebrietate sunt imputabilia. ¶ Contra
opinionem arguo sic: volēdo probare ꝙ tota
pabilitas talium operum exteriorum facto
ebrietate fuit in illa prima volitione qua vol
inebriari, ita ꝙ ista opera non imputantur a
uam penam: quoniam similis est ratio de op
perfecte ebrij: & furiosi: sed opera furiosi no
putantur ad nouam penam: vt patet per illu
habetur titulo de iniuriis. Pupillo, & furios
uenitur. vt illa non imputentur ad penā; qu
deliberatione non processerunt. ¶ Item ad
positum habetur illud diui Augustini, quod
tatur decimo quinto libro questione prima
briarunt Loth filię eius, & se nesciente misc
quare culpandus est non tantum q̃tum inc
sed quantum ebrietas meretur: vbi patet exp
ꝙ in tali opere incestuoso non fuit culpabi
sed tota fuit in actu iebriatiuo, vbi dicit glo
mia facilitate permisit se ab aliis inebriari.
¶ Item nō iputantur opera exteriora: vt iam
it ostensum nisi ad penam correspondente
tui interiori, sed in tali perfecte ebrio non e
tus interior imputabilis ad penam, quoniam
tunc illa opera exteriora fiunt ab actibus ip-
sus interioris: Ergo dicendum est ꝙ non im
tantur ad nouam penam.

Propter ista argumenta & multa alia ac
cibilia teneo tanquam proba bile: & maxime

rum: q̄ opera facta durante perfecta ebrietate nō sunt culpabilia nec imputabilia ad nouam penam: aliam ab illa debita volitioni inebriatiōis: itaq̄ tota culpabilitas talis operis fuit in prima volitione inebriationis: & talia opa sic facta durante ebrietate simpliciter non sunt libera.

¶ Nec valet dicere q̄ talia opera oriuntur effectiue a prima volitione inebriationis: quoniā hoc est falsum: nisi intelligas solum occasionaliter: quia effectiue producūtur talia opera ab actibus ipsius sensus interioris: quemadmodum contingit in brutis animalib⁹. Iste modus dicēdi est verior: & magis conformis prędictis,

¶ Sed hic occurrit vnum dubium bonum de grauitate illius primę volitionis inebriandi. An sit tam grauis quod dispendia possunt sequi: vel tam grauis quod dispēdia atq̄ incomoda de facto sequentur: non videtur primum: quoniam tunc talis volitio foret infinite malitie: cum infinita dispēdia atq̄ incomoda possunt sequi: nec videtur secundum: quoniam priusq̄ fiant illa dispēdia vel incomoda talis volitio habuit suam propriam malitiam.

¶ Item q̄ de facto sequentur vel non sequentur talia incomoda post ebrietatē perfectā: non erit in libera potestate illius: ergo q̄ talia sequentur vel non sequentur non auget vel minuit malitiam illius volitionis precedentis.

¶ Ad hoc dubium dico quod mēsuratur grauitas illius primę volitionis inebriandi ex presenti circunstātia psone, videlicet ex pręsenti probabilitate, aut verisimilitudine futurorum dispendiorum. Quidam eñi sunt talis conditionis quod vino sepulti sunt totaliter somnolēti nulli nocentes non quęrunt nisi dormire. Aliqui aūt sunt furibundi, & multa exsequūtur incomoda: vt homicidia furta / adulteria / icēdia / & similia: & talis cū agnoscat se talē magis tenet euitare talē inebriationem

¶ Correlarie seqtur quod ex ista maiori obligatione surgēte ex tali circunstantia personę sequitur culpa maior illius primę volitionis, ita quod talis volitio suam propriam retinebit grauitatem siue talia sequantur dispendia, siue non sequantur propter forte impedimētum.

¶ Notandum est hic vnum incidentale triplex est grauitas peccati: scilicet compositionis deordinationis, & obligationis. Grauitas compositionis est illa quę ex maiori intēsione ipsius actus oritur, certum est enim quod duorum actuum eiusdem specie intensior est grauior cunctis alijs paribus. Grauitas vero deordinationis est deformitas ipsius actus ad rectam rationem: secundum quod est magis deformis recte rationi, vel deformis pluribus dictaminibus rectis, actus dicitur grauior cæteris aliis paribus. Sed grauitas obligationis ipsius actus est illa quæ oritur ex ma-

obligatio ne diuinæ voluntatis volentis nos magis obligare ad hoc q̃ ad illud, & principaliter in actu est considerãda talis grauitas obligationis, quę habetur secundum ordinem pręceptorum siue secundum ordinẽ charitatis: secundum quem quis tenetur primo diligere deum, deinde seipsum, deinde proximum, deinde corpus proprium & cętera.

¶Correlarie sequitur ꝙ grauissimum peccatorum est odium dei, de inde sui ipsius: & sic cõsequenter, quoniam odium dei est multo grauius q̃ idolatria. Nam grauius est velle non esse deum q̃ asserere deorum pluralitatem.

¶Queritur hic transeundo incidentaliter an omnis potus inebriatiuꝰ scitus esse talis, sit peccatum. ¶Respondẽdum est breuiter ꝙ nõ, ymo potest quis ex causa rationabili, vt puta ex consilio medicorum, pro recuperanda valitudine velle inebriari, ymo teneretur inebriari, occurrẽte tali casu & circunstantia. Nec valet dicere ꝙ alienatio mentis reddit talẽ actum culpabilem, quoniã multipliciter siue culpa fit mentis alienatio, aut ligatio rationis, vt in somno.

¶Dicitur igitur aliquis potus ïebriatiuus culpabilis non quia est alienatiuꝰ mẽtis, sed quia sine rationabili causa est alienatiuꝰ, ex cuius alienatione nata sunt ꝓbabiliter seq̃ dispendia, atq; incomoda sibi, vel aliis: ita ꝙ ĩ hac particula pri-

cipaliter cõsistit culpabilitas in actu inebriatiu

¶ Sexto principaliter arguitur contra fu damentum principale: & hoc sic. Aliquis est ac moraliter bonus qui non potest esse cõformis re cte rationi: ergo mala fuit diffinitio data de ac moraliter bono: consequentia tenet: & anteced. probo iste act⁹ est moraliter bonus: volo nulli dicio me conformare in casu quo nullum esset dicium nisi erroneum: sed ꝙ ille actus non po esse conformis recte rationi patet: quia hoc ma me esset in illo casu posito in quo dictus act⁹ es bonus: sed hoc nõ: quoniam in tali casu nulla ratio recta: sed per casum quelibet est erronea

¶ Item si daretur aliquod iudicium rec cui talis actus posset esse conformis maxime e istud iudicium nulli iudicio est se conformand sed hoc nõ: quoniam tale iudicium se fallit co ad suũ ita esse sequitur ꝙ sibi non est cõformã ad quod cum constantia eius sequitur ipsum falsum.

¶ Tangitur in hoc argumento vna dif cultas vulgata. An scilicet voluntas cuilibet i cio rationis possit se conformare: pro quo no ꝙ idem sibi volunt hec duo puta se conform iudicio: & velle cõformiter ad illud iudicium, igitur cõformare iudicio est velle ita esset sicut dicium dictat: vt voluntatem se cõformare isti dicio danda est ęlemosina: est velle dare ęlem

ſiam:& pro hac difficultate teneo talem conclu-ſionem. ¶Voluntas cuilibet iudicio rationis po teſt ſe conformare: hec concluſio videtur eſſe ſe-quens ad intrinſecam libertatem voluntatis.

¶Contra quam concluſionem arguit ro-bert⁹ Olkot tenens oppoſitum:videlicet eſſe mul ta iudicia quibus voluntas non poteſt ſe confor-mare. Et primo ſic arguit: voluntas non poteſt ſe conformare iſti iudicio dictãti nihil eſſe volitum vel volendum:quod patet ſic: quoniam detur op poſitum : & ponatur ineſſe : ſcilicet ꝙ velit nihil eſſe volitum vel volendum :& tunc ſic arguitur vo luntas ſic vult:ergo aliquid eſt volitum:& per cõ ſequens voluntas non ſe conformat illi dictami-ni dictanti nihil eſſe volitum:vel volendum.

Reſpondetur breuiter negando iſtam con ſequẽtiam vltimam,quoniam falſe inititur yma-ginationi:vel ꝙ voluntatem ſe conformare illi iu dicio dictãti nihil eſſe volitum:ſic facere ita eſſe ꝙ nihil eſt volitum vel volendum:ſed dico ꝙ eſt velle nihil eſſe volitum vel volendum.

Inſuper arguit OlKot ſic nõ poteſt ſe vo luntas conformare iudicio dictãti : non ſe eſſe cõ formãdum alicui iudicio:quod patet ſic : quia de tur oppoſitum & ponatur in eſſe:& tunc ſic argui tur:ſe conformat alicui iudicio:& illud iudicium datum dictabat nulli iudicio ſe eſſe cõformandũ ergo non ſe conformat illi,

Respondetur vt supra negando consequi
tiam, quoniam se conformare illi iudicio dicta
ti non se esse conformandum alicui iudicio: no
est nulli iudicio se conformare: sed est velle nul
iudicio se conformare.

¶ Correlarie sequitur q in casu prime o
iectionis volendo nihil esse volendū, aliquid e
volitum. & volendo nulli iudicio se conforma
alicui iudicio conformat voluntas.

¶ Sed replicatur sic voluntas non pot
se conformare isti iudicio volēdū est malū. que
patet sic. quia non potest velle aliquod obiectu
nisi in quo appareat aliqua ratio bonitatis.

¶ In hac replica tangitur pro bleuma m
rale bipartitum. An scilicet voluntas possit ve
obiectū in quo nulla appareat ratio boni, & c
difficilius est an possit velle obiectum sibi oste
sum sub ratione mali. ¶ Vna est opinio tene
q non, dicens obiectum voluntatis esse bonu
vel malum apparens bonum. bonum quidē ob
ctum prosequutionis & malum obiectū fuge
citur. Ita q non potest voluntas velle aliquid n
si appareat bonū nec nolle nisi appareat malu
¶ Contra istam opinionem arguo sic se
retur q voluntas non potest elicere actū sine n
ticia connotatiua boni vel mali quoniā tale a
parere ē habere noticiā cōnotatiuā bōi vel ma

¶ Item circa quodcunq obiectum contingit merere volendo :contingit etiaꝫ demereri nolendo tale obiectum sub eadem ratione. sed contingit mereri volendo hoc bonum vel illud bonū ergo contingit etiā demereri nolēdo illud bonū. ¶ Item arguitur sic. cōtingit mereri nolēdo hoc malum vel illud malum. ergo contingit illud demereri volendo hoc malum. vel illud malum.

¶ Propter ista argumēta & multa similia concludo. & teneo probabiliter cum ipso OKaꝫ & aliis doctoribus in libro primo sententiarum. ꝙ tante libertatis est voluntas ꝙ potest velle obiectum nō apparēs bonum. ymo potest velle obiectum apparens sibi malum. ¶ Secūdo dico ꝙ voluntas est potens nolle obiectum non apparēs sibi malum ymo est potens nolle obiectum apparens sibi bonum. ita ꝙ sine noticia cognotatiua boni vel mali potest elicere actum. ¶ Et ponitur hec regula. Omnis noticia obiecti sufficiēs ad volitionem sufficit etiam ad nolitionem causandam eiusdem obiecti. & hoc siue talis noticia fuerit absoluta. siue connotatiua.. Et ista opinio siue modus dicendi multum ampliat. & auget libertatem voluntatis. ¶ Et ad multas auctoritates sonantes ꝙ voluntas non prosequitur obiectū nisi bonum verum vel apparēs, nec fugit nisi malum verum vel apparens. ¶ Respondetur pro omnibus istis auctoritatibus danda est hec glo-

ſa:puta ꝙ intelliguntur regulariter: & ita int
gi debet id quod habetur ab Auguſtino dec
quinto libro queſtione prima capitulo merito
cente. Si diligēter inſpiciatur forte ipſum pe
re nemo velit ſed propter aliud quod vult pec
omnes quippe homi nes qui ſcientes aliquid
ciunt quod non licet vellent licere facere ill
pulchra eſt illo propoſitio Auguſtini: ſed int
genda eſt regulariter.

Sed vlterius replicatur ſic voluntas nō p
teſt ſe conformare iſti iudicio:eſt odiendus de
patet nō eſt poſſibile odium dei:quia in ipſo d
nulla poteſt eſſe ratio odibilitatis, ergo deus n
poteſt actum odij terminare.

Tāgitur hic probleuma an ſit poſſibile
quem odire deum. Vna eſt opinio doctoris ſu
lis tenentis ꝙ non: & imaginatur ꝙ tāta eſt ſ
mi boni perfectio atqꝫ excellentia: ꝙ ſibi rep
gnat terminare odium: & hoc ex ſua natura p
uenit. Ita ꝙ quemadmodum ſonus eſt obiect
non potens terminare viſionem & hoc ex ſui
tura:ita nec deus odium terminare poſſet.

Contra iſtam opinionē aliqui nituntur
parenter, & ineuitabiliter arguere. ¶ Primo
vel talis impoſſibilitas odii dei ꝓueniret ex p
te potentie intellectiue: aut volitiue: aut ex pa
alterius. ¶ Reſpondetur ꝙ ex parte alterius
licet ex natura ipſius obiecti. ¶ Iuſuper argu

ſub quacunqꝫ ratione ſiue apparentia odibilita≠ tis poteſt apprehendi creatura ab intellectu etiā & ipſe deus: ſed rationes ſiue apparentie odibilitatis creature ſufficiunt ad eliciēdum odium creature: ergo ſimiles applicate deo ſufficiunt ad eliciendum odium dei, conſequentia patet cum minore: & probatur maior: quoniam poteſt intellectus errans apprehēdere deum tanq̄ iniuſte vltorem atqꝫ tyrānum, quia ſcilicet pro momentaneo peccato ſempiternam infligit penam. ¶ Reſpō deo negando ipſam conſequētiam conceſſis premiſſis: & dico ꝙ non probat ratio illa: niſi ꝙ impoſſibilitas talis odii dei nō prouenit ex parte intellectus: vel voluntatis: ſed ex natura obiecti prouenit ſcilicet ipſius dei. ¶ Inſuper arguitur ſic ponitur odium dei a doctoribus eſſe ſpecies peccati: ergo odium dei eſt poſſibile.

¶ Reſpondendum eſt conſequenter ad illam opinionem ꝙ per odium dei in illis auctoritatibus ſanctorum intelligitur omiſſio dilectiōis pro tempore quo quis tenetur diligere: vel pro exſequutione alicuius facti: ac ſi eſſet odium: cuiuſmodi eſt contemptus dei: deteſtatio diuini nominis: ſpernere diuinum cultum: & ſimilia, nec oportet iſta ex odio dei procedere. Relinquitur igitur probabilitas iſtius opinionis ſupra recitate quam vtcunqꝫ vides potes propter uiando defenſari.

¶ Alia est opinio probabilior videlicet q
possibile est odium dei, quam opinionē suade
& probo sic, nihil est asserendum nisi auctorit
experientia vel ratio mōstret: sed odium dei e
impossibile, primo non monstrat expientia, y
ex opposito est maior apparentia ex libertate
luntatis, secundo non auctoritas, ymo valde m
te sunt in oppositum: tertio nō ratio, ymo poti
me sunt rationes in oppositū. ¶ Item intelle
errante apprehendente illud obiectum tanq̄ si
disconueniens, & odibile: per hoc q̄ iniuste in
git pœnam eternam aqua liberaretur si nō e
deus, Quare videtur q̄ voluntas possit velle de
non esse, vt liberaretur a pœna. Et ita appe
vindictam: scilicet volendo male esse ipsi deo
fligēti tātā pœnam & tale velle est vere od
dei, ergo possibile est odium dei. Et cum argu
in principio replice q̄ nulla est ratio imperfe
nis, vel odibilitatis in ipso deo, ergo nō potest
luntas elicere odium talis obiecti. Responde
negando consequentiam, cuius malitia est va
clara, quoniam voluntas non fertur in obiect
secundum q̄ ipsum obiectum est tale ex nat
sua: sed potius secundum q̄ si apparet tale v
le: sed pōt apparere sibi illud obiectum puta d
sub ratione odibilitatis, ergo potest ipsum od

¶ Sed occurrit nunc maius dubium. A
possit stare odiū dei cū clara visione eius. Ad

dubium dico q cum clara visione dei potest sta-
re multorum nescientia, ymo absolute posset sta
re error alicuius cognoscibilis, nullus est tamē er
ror in beato ex priuilegio ipsius dei.

¶ Isto pręmisso ponuntur aliquę propo
sitiones. ¶ Prima propositio possibile est ex li-
bertate voluntatis cum clara dei visione non esse
dilectionem ipsius obiecti puta dei, patet: quoniā
stat intellectum ꝑ tunc dictare nullum eliciēdu
esse actum circa tale obiectum visum, & manet vo
luntas libera se conformare illi dictamini, ergo
stat nullum actum voluntatis elicere cum illa vi-
sione clara ipsius dei. ¶ Secunda ꝓpositio. Tan
te est libertatis voluntas q potest cum clara visio
ne illius obiecti elicere odium ipsius, patet. stat
cum illa clara visione iudicium dictās illud ob-
iectum esse sibi nociuū: & inferre sibi iniuste pœ
nam sempiternā quare odibile esse, istud cōtinge
ret in dānato cui clare ostēderetur illud obiectū,
nec videtur quin voluntas posset velle illud obie
ctum non esse, vt liberaretur tali pœna, ergo pos
set cum illa clara visione dei elicere odium illius.

¶ Contra istud arguitur quia tunc daretur
aliquod peccatum infinite malitie & infinite pœ
ne demeritorium, probatur de tali odio dei: quo
niam quantuluscunq gradus odij esset grauior
q̄ odium proximi, cui debeatur pœna intensa: vt
vnum, tunc sic arguitur prima pars proportio-

nalis odii dei est grauior q̃ illud odium prox
ergo maior pena q̃ vt vnũ sibi debetur, & ita
secunda parte proportionali: & qualibet seq
ti arguendum est: & sunt infinite tales partes p
portionales illius odii dei: ergo infinite pene
correspondent quarũ quelibet est maior q̃ vn
ergo constituent vnam penam infinitam: &
consequens illud odium dei est infinite pene
meritorium quod erat probandum: hec est ra
valde pulchra: nec minus difficilis.

¶ Pro cuius solutione habeatur hec reg
la. Quorumcũq; peccatorum specie differẽt
vnum est in infinitum alio grauius: patet sic
niam dato opposito: posset adeo crescere odi
proximi q; equaretur in grauitate odio dei: q
non est concedendum: cum tale odium dei sit
tra preceptum maioris obligationis. Quare od
dei quantumcũq; foret remissum est grauius
catum q̃ simplex odium proximi quantumcu
fuerit intensum. ¶ Alia regula. Penarum co
spondentium peccatis specie differentibus: v
in infinitum est peior alia etiam q̃uis non sit i
tensior: exempli gratia: datis odio dei: & odio
ximi eque intensis qualitatiue: esto q; pene co
spondeant illis eque intense qualitatiue. Vna
men illaruum penarm est illi anime peior in in
nitum q̃ alia: ita q; afflictione quadam inte
& spirituali in infinitum est peius illi anime p

illam penam correſpondẽtem odio dei per q̃ pe nam qualitatiue ęque intenſam correſpondentẽ odio proximi: nec mireris: quoniam vides ꝙ duorum ſaporum ęque intenſorum differentium ſpecie: & diſconuenientium guſtui: per vnum fit peius ipſi guſtui q̃ per alterum.

¶ Sequitur correlarium pulchrum Nõ cuilibet peccato grauiori correſpondet pœna intenſiue maior: ymo ſtat odium dei tã remiſſum eſſe: & odium proximi tam intenſum: ꝙ pœna correſpondens odio dei erit qualitatiue remiſſior q̃ pena correſpõdens illi odio proximi per illã tamen in infinitum peius erit illi anime q̃ per iſtam. Et ita patet reſponſio ad obiectionẽ quę falſe initebatur ymaginationi ſcꝫ ꝙ primę parti proportionabili odii dei correſpondeat pœna qualitatiue intenſior, q̃ ſit pœna correſpondens illi odio proximi: & hoc nõ oportet ſemper habere verum.

¶ An requiratur iudicium prudẽtiale ad bonitatem actus

SEPTIMO principaliter arguitur ſic. Iſte actꝰ quo volo dare ęlemoſinã pauperi vbi oportet quando oportet: & ꝓpter deũ: exiſtens in mea voluntate ſine aliquo iudicio eſt moraliter bonus: & tamẽ

non est conformis recte rationi saltem cum ip inexistenti: ergo diffinitio superius data de ac moraliter bono est mala.

¶ Tangitur hic bona difficultas moral An scilicet ad actum esse moraliter bonum req ratur prudentia actualis actualiter inexistēs op ranti,& regulās talem actum. Vna est opinio ctoris subtilis tenens ꝙ non oportet, sed suff prudentia habitualis.

¶ Sed dubium est in proposito quid si lis prudentia habitualis, quoniam non valet ꝙ sit habitus genitus ex prudentia actuali: q stat esse aliquem talem actum voluntatis qu non precessit prudentia actualis. ¶ Dicend est igitur consequenter ad doctorem subtilem co ꝙ prudentia habitualis in proposito est q dam conformitas rei, secundum quam talis voluntatis fit taliter qualiter fieri dictaret iud prudentiale existens si inesset.

¶ Contra istam opinionem instatur si ea sequeretur ꝙ aliquis actus factus contra c scientiam esset moraliter bonus, videlicet vell re elemosinam pauperi propter deum, consc tia erronea inexistente, & dictante non esse d dam elemosinam: sed consequēs est falsum c tra oēs morales philosophos vt notū est, sequ probatur, quoniam talis actus est liber cum a circunstantiis,& esset cōformis rationi recte si

esset. et hoc sufficit per opinionē prędictā igitur.
¶ Item arguitur sic teste aristotele in secūdo ethicorum: ad hoc q̄ aliquis bene agat moraliter requiritur q̄ operetur sciens, sed ly sciens dicit actum, ergo requiritur prudentia actualis qua cognoscat esse taliter agēdum. ¶ Item si non cognoscat taliter esse agēdum, nec consideret illud esse bonum vel malum circa quod agit agit a casu quo ad bonitatē vel malitiam. ergo nō sciēter & ex electiōe, & p̄ cōseq̄ns nō bñ moraliter agit.
¶ Alia est opinio quā tenet OKam & cōmunis scola nominalium, & est hec q̄ ad actum dici moraliter bonum requiritur prudētia actualis, qua ille qui operat̄ actualiter cognoscat esse sic operandum, ymo ad actū ēe intrinsece bonum secundum hunc doctorem oportet talem prudentiam esse obiectum actus voluntatis. Quare notes q̄ secundū istū doctorē nullus est actus intrinsece bonus nisi actus voluntatis, & non quidē omnis. sed ille solum qui non capit bonitatem eius ab alio actu cui subordinetur, videlicet habens oēs circunstantias debitas, & prudētiam pro suo obiecto totali, & adequato cuiusmodi est iste act⁹ volo dare ęlemosinā pauperi, vbi. qñ, & qualiter oportet propter deum quia recta ratio dictat.
Sequunt̄ aliqua correlaria. Primū iste actus volo dare ęlemosinam pauperi p̄pter deum existens sine prudētia actuali nō est moraliter bon⁹.

¶ Secundum correlarium. Talis etiam actus h
bens pro obiecto hoc totum dare ęlemosinã p
pter deum vbi :quãdo:& qualiter oportet exi
simul cum prudẽ tia actuali non est complete b
nus moraliter:& intrinsece bonus dico comp
quoniam existẽs simul cum actu complete bo
dicitur bonus extrinsece videlicet ab illo alio
plete bono.

¶ Sed cõtra istam opinionem arguitur.
Occurrat mihi diues sub forma pauperis quẽ
uincibiliter credam esse pauperem ratione cu
iudicio ꝙ isti pauperi danda est ęlemosina p
pter deum,tunc arguitur sic iste actus est mor
ter bonus volo dare ęlemosinam isti propter d
vbi quando:& qualiter quia recta ratio dictat
tamen talis actus non est conformis recte rati
actualiter inexistẽti:quod patet sic:quia maxi
esset isti conformis: huic pauperi dãda est ęl
sina : per pronomen demonstrando illum di
quęm credo inuincibiliter esse pauperem,sed l
non:quoniam illud iudicium est falsum.

¶ Ad hoc argumẽtum respondet Guil
mus OKam: concedendo illud iudicium esse
sum : sed dicit ꝙ talis actus voluntatis confor
tur isti iudicio vniuersali vero:cuilibet pauperi
extrema necessitate constituto est danda ęlem
na:sed hec solutio nõ valet. ¶ Tum primo q
non oportet tale iudicium vniuersale: & ver

ſimul in exiſtere cum illo iudicio parriculari: & illo actu voluntatis: quo poſito in eſſe tunc currit argumentum, vt prius de illo actu voluntatis.
¶ Tum ſecundo arguitur cum falſitate illius iudicii vniuerſalis ſtat bonitas illius actus voluntatis interioris ſiue hoc eſſet in caſu quo eſſet aliquis pauper, cui propter cauſam rationabilẽ non eſſet danda elemoſina, ergo reſpõſio ipſius oKã nulla. ¶ Tum tertio arguitur. Actus bonus moraliter debet eſſe conformis recte rationi proprie: & directiue talis actus: & actualiter in exiſtenti, ſed illud iudicium vniuerſale nõ eſt propria prudentia, & adequate directiue illius actus igitur.
¶ Manet ergo adhuc hec difficultas in propoſito. An ſcilicet ſit aliquis actus moraliter bonus cõformis iudicio erroneo practico: & quidam argumentis precedentibus victi dixerunt ꝙ ſic & hoc non inconuenit quando talis eſt error inuincibilis: ſed Contra iſtos teneo talem concluſionẽ Nullus eſt actus moraliter bonus preciſe conformis iudicio erroneo: quã cõcluſionem probo ſic: quoniam ſi tale iudiciũ ſit erroneum non eſt agẽdum: vt dictat, ergo agere vt dictat tale iudicium nõ erit bonum: aſſumptum probo: quoniã detur oppoſitum, ſcilicet agendnm eſt vt dictat: vt videli c etin illo caſu eſt danda elemoſina illi quẽ credo pauperẽ ergo verum eſt eſſe dandam ei elemoſinam & per conſequens tale iudicium eſt verum & non erroneum.

¶ Dico igitur pro resolutione huius dif
cultatis q in casu prime replice illud iudiciũ p
cticum est verum isti dãda est elemosina ymo
plus est: idem dico ꝓbabiliter de isto iudicio:
pauperi danda est elemosina vtrobiq per pro
men isti demonstrando diuitẽ quẽ inuincibil
credo esse pauperem. Et ponitur hęc regula m
ralis: iudicia particularia practica continger
variantur in veritate vel falsitate secundũ va
tatem circunstantiarũ loci tẽporis persone &
tera: & apparentes circunstantie in illo casu
petentis elemosinã quę inuincibiliter credur
esse tales verificãt hoc iudicium morale isti d
da est elemosina: & ita dicendum est in alio c
qui adduci solet de vetula credente proposit
heretice predicate a doctore quẽ credit inuin
liter esse veracẽ: pro tunc enim circũstantię p
tis & credẽtis verificant hanc propositionem
propositioni heretice est firmiter credendum
Sed vlterius replicatur sic contra opinio
OKã bene sequitur non quilibet actus moral
malus est cõformis rationi erronee actualiter i
existenti ergo neq omnis actus moraliter bon
esse dicitur conformis rationi recte: consequẽ
est apparens & probatur antecedẽs peccatum p
mi angeli non fuit conforme iudicio actuali er
neo: neq etiam peccatum primi parentis, intel
gendo semper de iudicio actuali inexistenti

ipſomet: iſtud probatur quoniã dato oppoſito/ pena in illis preceſſiſſet culpam quoniã deceptio ſiue error ē quedam penalitas peccati.

Reſpondendum eſt ꝙ de facto primũ peccatũ angeli aut primi parẽtis non preceſſit error in intellectu. nam vt ratio monſtrat pena in illis preceſſiſſet culpam: dicẽdum eſt igitur conformiter ad doctorem ſubtilem/ ꝙ voluntas poteſt cõponere aut diuidere intellectu non componente aut diuidente: hoc eſt voluntas poteſt velle aut nolle complexe ſine iudicio intellectus taliter dictante ſed ad illud ſufficiunt apprehẽſiones ſimplices extremorũ: & ita fuit in primo peccato angeli & primi parentis: ita ꝙ nullum iudiciũ erroneum in illis precedebat talẽ actum malũ ſed cũ noticiis apprehẽſiuis extremorum voluntas componendo vel diuidendo elicuit talem actum. Angelus enim malus voluit equari deo in potentia & cuncti ſequaces eius conſenſerunt volendo luciferum equari deo. Fuit tamen opinio quorũdam ꝙ etiam ſe ipſos voluerunt equari deo. Prima tamen opinio eſt probabilior: & talis & ſimilis fuit ordo primorum parentum. Nam eua voluit equari deo in ſcientia boni & mali ad quod conſequẽdum incitauit ipſum Adam comedere de ligno vetito, Adam autem voluit ipſi Eue complacere comedendo de ligno.

¶Quare patet peccatũ luciferi fuit peccatis al-
rum angelorum multo grauius. Et peccatum e
grauius peccato ade. ¶Dico igitur ad formã a
gumenti ꝙ licet ad actum esse moraliter bon
requiratur ratio recta actualiter inexistens & r
gulatiua talis actus: ad actum tamen esse mora
ter malum non requiritur ratio erronea actua
inexistẽs: in illo operãte: nec de isto mireris q
niam plura requiruntur ad bene agendum q̃
male agẽdum moraliter: iuxta illud dictum ph
losophi secundo ethicorũ. Vno nãq; modo bo
est multisq; nephandus, bonum enim morale
sistit in integritate omnium circunstantiarũ. N
lum autem morale ex defectu vni⁹ circunstan
debite inesse consurgit.

¶De vltimo fine.

OCtauo principaliter
guitur ad actum esse m
raliter bonũ non requ
tur circũstãtia vltimi fin
prestituta ergo diffinit
data de actu moraliter b
no quo ad illã vltimã p
ticulã est mala & supe
flua consequentia tenet & antecedẽs ꝓbatur q
dato opposito sequitur ꝙ nõ potuissent philo
phi pure philosophice viuentes bene moralite
agere in puro lumine naturali cuius oppositum

constat de multis eorum qui strenuissime egerũt sequella tamẽ ꝓbatur: non potuerunt in puro lumine naturali cognoscere opera sua vltimate eẽ agenda ꝑpter deũ: quod patet sic qm̃ non potuerunt cognoscere in puro lumine naturali deũ esse diligẽdum super omnia: quia non potuerunt cognoscere in illo lumine naturali deum esse diligẽdum plusq̃ seipsos: & vltra nõ potuerunt illud cognoscere in puro lumine naturali ergo neq; taliter operari puta referendo sua opera in deũ tanq̃ in finem vltimate intentum & amatum.

Pro solutione huius argumenti notandũ est ꝙ Lumẽ naturale est cognitio vera possibilis viatori pro hoc statu sine reuelatione a deo facta cuiusmodi est cognitio in viatore acq̃sita ex experientiis vel aliquibus principiis vel rationibꝰ ꝓbabilibus non concurrẽte reuelatione mediate aut immediate: dico notãter mediate vel immediate qm̃ assensus quo nunc credis vel cognoscis deum esse trinũ & vnum nõ dicitur Lumẽ naturale: q̃a licet habeas talem assensum sine reuelatione tibi a deo facta ipsum tamen habes per traditionem ecclesie cui facta est reuelatio.

Isto prenotato & premisso dico ad difficultatem argumẽti ꝙ vna est respõsio tenens ꝙ philosophi nõ potuerunt bene moraliter agere stando in puro lumine naturali & hoc propter defectũ cognitionis: quia tãta est inclinatio na-

turalis ad se & ad suum esse q̄ non potuit aliq
eorum philosophorū in puro lumine naturali c
gnoscere aliquid esse diligendum plusq̄ seipsū
Sed contra istam opinionem & modū
dicēdi arguitur sic, Potuerunt ipsi philosophi i
puro lumine naturali acquirere rationes atq3 ap
parentias sufficientes eleuare animā vnius pu
philosophi ad credēdum deum esse super omni
diligēdum: & fuit voluntas eorū sic libera se c
formare tali iudicio: ergo ipsi philosophi stan
i puro lumine naturali potuerūt sufficiēter cog
scere deum esse super omnia diligēdum: cōsequ
tia tenet & assumptū probo. Potuerunt i puro l
mine naturali: & inuestigatiōe philosophica co
gnoscere esse vnū summū ens summe bonū sum
me perfectum rectorē omniū a quo pēdet omn
bonitas atq3 perfectis dās cunctis esse & iste rat
nes atq3 apparētie sufficiunt eleuare atq3 persu
dere animum ad credendum illud esse propter
diligendum igitur.

Item poterat in puro lumine naturali al
quis etiā ignorās reputatus tamē prudēs assere
efficaciter deum esse super omnia & ꝓpter se d
ligēdum nec videtur quin potuerunt philosoph
ei asserenti credere & credēdo cōformiter age
¶ Quare videtur michi esse magis pia respōsi
& magis rationi cōformis q̄ ipsi philosophi p
tuerunt in puro lumine naturali talē cognition

de deo acquirere videlicet iudicãdo & apprehendendo ipsum deum esse propter se & super omnia diligendum: & per consequens potuerunt cõformiter ad talem cognitionem agere.

Replicatur sic non potuerunt philosophi in puro lumine naturali cognoscere deum mẽte cõceptu trinitatis & talis cognitio finis requiritur ad actum moraliter bonũ ergo philosophi non potuerunt in puro lumine naturali bene moraliter agere. ¶ Respõdetur cõcessa maiore negatur minor sed sufficit cognoscere deũ mente cõceptu essentiali vel aliquo hmõi: vt est cõcept⁹ cui subordinatur ly deus vel ly summum bonũ & sic de aliis & talẽ noticiã seu cõceptum philosophi habere potuerunt in puro lumine naturali. ¶ Correlarie sequitur falsum esse q̄ ad actũ moraliter bonum requiratur ipsum fieri ꝓpter patrem vel propter filium vel ꝓpter spiritum sanctum: illa dictione appellante proprium cõceptum. ¶ Sed occurrit incidẽtaliter questio ꝓbleumatica discutiẽda an possit qs frui essentia diuina nõ fruẽdo ꝑsona: vel frui vna ꝑsõa & nõ altera. Respõdeo ꝓ nũc breuiter q̄ sic & ꝓbat̃ sic qa illoꝝ quoꝝ sunt distincti cõcept⁹ & noticie etiã dilectiões illis cõceptib⁹ ꝓportionate possunt eẽ distincte sed sunt cõcept⁹ distincti quib⁹ sub ordinãtur hi termini ly essentia ly pater ly fili⁹ ly spirit⁹ sanct⁹ ergo dilectiones illis cõceptibus ꝓportionate sunt distincte ymo specie differentes prout illi conceptus.

Occurrit alia difficultas Vtrum viator te neatur plus diligere vnam personam q̃ aliam. Est quorundam responsio ꝙ non. licet viator te neatur propter aliquam causam diligere filium in diuinis propter quam non tenetur diligere spiritum sanctum. scilicet propter redemptioné humani generis ita ꝙ ista causalis secũdũ eos verificatur. Teneor filium diligere quia est redéptor & non verificatur ista: Teneor diligere spiritum sanctum quia est redemptor. hec responsio est friuola. licet apparens. quod ostendo sic: quoniam illius effectus qui est redemptio quelibet persona est causa efficiens. ergo propter eandem causam quelibet persona est diligenda. sed apparentia eorum est vnum purum sophisma propter equiuocationes & relationes de ly ipse cuius retenta vniuocatione ambe causales verificantur scilicet teneor diligere filium quia ipse est redemptor & teneor diligere spiritum sanctum quia ipse filius est redemptor.

Sed vlterius replicatur sic. volendo probare ꝙ nullus philosophus nec viator posset ex puris naturalibus bene moraliter agere, Et arguitur sic. Est fere omnium sanctoruȝ auctoritas in multis passibus ꝙ ex peccati originalis vulnere nullus viator est potens aliquem actum bonum moraliter facere sine auxilio dei speciali. ergo non potuerunt illli philosophi ex puris naturalibus bene agere moraliter.

Item ad istud idem videtur expressa determinatio ecclesie. extra de cōsecratione distinctione quarta, capitulo. Quisquis vbi dicitur. Quisqs dixerit gratiam dei valere/ ad habendam cognitionem agendorum/ & non ad bene operandum requiri anathema sit, & etiam in capitulo Placuit dicitur Placuit vt quisquis dixerit dei gratiam solum valere ad facilius bene operandum sic ꝙ liberum arbitrium sufficiat diuina mandata implere anathema sit. Et ad illud idem est auctoritas diui Augustini in libro quem fecit de correctione & gratia. vbi ait liberum arbitrium ad malum sufficit ad bonum autem parum est nisi adiuuetur ab omnipotente bono.

Tangitur in hac replica difficultas illa communis. An ad bene agendum moraliter requiratur auxilium dei speciale, aut quemadmodū ignis cum generali concursu dei est sufficiens producere effectum suum ita etiam voluntas viatoris cum generali concursu dei sit sufficiens elicere aliquē actum moraliter bonū vel requiratur aliquod speciale auxilium dei.

Ad istam difficultatem est vna opinio gregorii ariminensis. in secundo libro sententiarum cuius sunt due cōclusiones. ¶ Prima nō potest haberi sufficiens cognitio agēdorū sine speciali auxilio ipsius dei. ¶ Secūda cōclusio ē̄t habita sufficiēti cognitiōe agēdorū nō pōt viator elicere actū

moraliter bonũ sine speciali auxilio dei. Iste con
clusiones vidẽtur esse conformes ad auctoritate
sanctorũ allegatas. ¶ Pro quibus notandum e
ꝙ tale auxiliũ speciale dicitur quedã specialis a
sistentia dei siue quedã specialis motio, qua de
tanq̃ preueniens volũtatẽ mouet ipsã ad eliciẽ
actũ bonũ. ita ꝙ ex culpa originali taliter adu
sa ẽ volũtas a deo & imersa sẽsualitati atq; cõg
tinata, ꝙ nũq̃ resurgere posset neq; in aliquẽ a
bonũ exiet nisi spãlis motio siue impulsus qui
interior interueniret a deo mouẽte specialiter
lũtatẽ ad talẽ actũ eliciẽdũ: hec est fantasia greg
rii arimінẽsis in loco preallegato. ¶ Alia ẽ op
nio cõmunis q̃ magis auget liberũ arbitriũ via
ris & hec est. ꝙ liberum arbitrium viatoris
potens elicere actum plene moraliter bonũ. sin
subsidio dei speciali. licet nõ possit elicere act
meritoriũ sine auxilio & gr̃a dei speciali. nec a
qua rõ ꝓcedit cõtra istã ymaginationẽ. sed sol
quedã apparentia auctoritatũ sonãtiũ liberũ a
bitrium eẽ impotẽs implere mãdata dei nisi sp
cialiter a deo adiuctum.

Sed pro illis auctoritatibus notandum ẽ ꝙ
dupliciter capitur implere mandatu; dei.

¶ Primo modo vt connotat exequutionẽ oper
& executionem intentionis precipientis sc; dei in
tendentis premium eternum ¶ Alio modo cap
tur vt precise connotat executionem operis pre
cepti. Et dico ꝙ in illis auctoritatibus & simili

allegatis. capitur implere mandata. Primo modo & sic capiendo verum est q nullus secundum legem ordinatam potest implere mādata dei sine auxilio speciali ipsius dei. Implere quidem cū exequutione operis precepti, & cum exequutione intentionis precipientis. videlicet cum consequutione premii eterni. quoniam non debetur premium eternum alicui actui nisi sit factus cum gratia. Modo gratia est qualitas supernaturalis a solo deo creabilis ipsi anime. Et ita tale auxilium speciale esset ipsa gratia, per cuius assistentiā redduntur opera meritoria premii eterni.

Sed hic occurrit difficultas parua an viator sit obligatus implere mandata Primo modo respondendum est breuiter & absolute q non. quoniā potest existens in peccato satisfacere pro peccato confesso: & se acquitare. Et istud debet intelligi nisi preceptum specialiter sonaret exequi in statu gratie Cuiusmodi est preceptum de celebratione aut receptiōe corporis domini & eucaristie

Ex dictis clarent diffinitiones actus boni/ moraliter, & actus mali fuisse bonas: & sufficientes cum singulis particulis earumdem.

De subiecto virtutum.

SEd circa hanc materiã
virtutis in generali occur
runt alique dubitationes
& questiones dissoluen
¶ Primo dubitatur. & p
cipaliter de subiecto vir
tis. cui potentie anime
sunt ipse virtutes subie
¶ Pro elucidatione huius questionis oportet
quid explicare de potentiis anime & similiter
diuisione virtutis. Pro quo aduertendũ est ꝙ a
ma in generali sic diffinitur a philosopho. An
ma est forma substantialis corporis viuentis p
tens in eo vitales operatiões exercere. vel sic & b
uius. Anima est quid quo aliquid viuit. Capit
viuere generaliter pro omni operatione vitali
ue fuerit nutricio/siue sensatio/ siue ratiocinat
& ita per tales operationes omne viuens diff
a non viuente.
¶ Et diuiditur ipsa anima in prima sui diuisi
in animam vegetatiuam & in animam sensitiu
& in animam rationalẽ. Hec diuisio sumitur p
nes operationẽ anime/eo ꝙ omnis operatio an
me vel est vegitare vel sentire vel intelligere. Pri
mum conuenit immediate anime vegetatiue q
est communis omnibus viuentibus. & eius ope
tiones sunt nutrire agmentare vel generare. que
neqꝫ dicuntur bone neqꝫ male moraliter po
nõ sũt in nostra ptãte, Iõ hec potẽtia vegetatiu

ab aristotele prio ethicorū dr̄ siplíciter vacās rōe & nullo pacto pticeps rōis nec illi obediēs. Sed potentia seu anima sensitiua diuiditur in apphē siuā & appetitiuā. Et apprehensiua iterū diuidit̄ in potētiā sensitiuā exteriorē. & talis ē quintuplex sicut sunt quinq3 sensus exteriores hn̄tes diuersas operationes & obiecta. Alia est potētia apphēsi-ua sensitiua interior & talis est q̄druplex/ sicut a philosophis solēt assignari quatuor sēs⁹ interio-res puta sensus cōmunis & fātasia & ymaginatia & memoratiua. Et operatio oīu3 taliū potētiarū apphēsiuarū, nō est aliud q̄ cognoscere vel noti-cias apphēsiuas pducere. iō opatiōes taliū potē-tiarū nō sūt bone neq3 male moraliter postq̄ me-re naturaliter pducunt̄ immediate ab obiecto & potentia

Sed potentia sensitiua appetitiua dicitur il-la que nata est prosequi obiectum apprehensum & cognitum delectabile & fugere obiectum app hensum. vt tristabile. Ideo eius operationes sunt fugere & prosequi. & mere naturaliter producun tur tales operationes a tribus. scilicet ab obiecto & potentia & a noticia sensitiua obiecti, & talis operatio huiusmodi potentie in homine solet vo cari bona vel mala extrinsece in q̄tū est iperata ab ipsa voluntate seu operatione voluntatis. Et ideo a philosopho primo Ethicorum talis appe-titus sensitiuus dicitur particeps rationis & obe-diens ipsi intellectui vel voluntati vt contingit in

temperato vel continente. Et dicitur partim re-
cans ratione vt in intemperato vel in inconti-
te contingit.

¶ Sed anima rationalis dicitur ipsa anim-
que nata ẽ ex se ratiocinare hoc est producere
ticias intellectiuas volitiones vel nolitiones
diuiditur in intellectum & voluntatem non q
li realiter distingantur in eodem homine ym
eadem anima rationalis dicitur intellectus &
luntas sed alia & alia ratione. ¶ Anima enim
tionalis dicitur intellectus inquantum nata i
telligere practice vel speculatiue.

Pro quo aduerte ꝙ intelligere practice
hil aliud est q̃ formare iudicium alicuius prop
tionis significantis aliquid a nobis esse facien
vel non faciendum/agendum vel non agend
cuiusmodi sunt iudicia, vt assensus istarum pro
sitionum deus est diligendus, deus non est od
dus & aliarum propositionum similium in q
bus ponuntur gerundia. Et habitus genitus ex
libus iudiciis vocatur habitus practicus & int
lectualis & sunt solum duo sc; ars & prudẽtia
quibus postmodum diceẽ in sexto ethicorum.

Sed intelligere speculatiue est formare iu
cium alicuiꝰ propositionis non significantis a
quid esse faciendum vel agendum sed solum a
quid esse vel non esse cuiusmodi sunt assẽsus

rum propositionum deus est trin⁹ & vnus: homo est animal & similium ꝓpositionū, in quib⁹ non ponitur gerundiū nec aliquid sibi equiualens. & habitus genitus ex talibus assensibus solet vocari habitus intellectualis speculatiuus eo ꝙ produci tur ab illis iudiciis speculatiuis. ¶ Et cōmuniter assignātur tres tales habitus scilicet scientia intel lectus & sapientia: & ponuntur subiectiue i ipsa anima rationali in quātum dicitur intellectus & de illis latius dicetur in sexto ethicorum.

¶ Ex hiis correlarie sequitur ꝙ nulle ope rati͠oes ipsius anime in quātū intellectus est sunt bone vel male saltem intrinsece quia si sunt īpe rate ab actu voluntatis possunt dici bone vel ma le extrinsece sicut operationes exteriores. ¶ Sed ipsa anima dicitur voluntas seu potētia volitiua inquātum nata est producere volitiones vel no litiones quę quidē sunt intrinsece bone vel ma le eo ꝙ mere libere producuntur ab ipsa volun tate & noticia obiecti.

¶ Ex quo correlarie seqtur primo ꝙ actus ipsius voluntatis cuiusmodi sunt volitio & no litio & actus potentie sensitiue appetitiue cu iusmodi sunt prosequutio & fuga in aliquo con ueniunt & in aliquo differūt. Cōueniunt enim in hoc ꝙ vterqꝫ ad suā productionē prerequirit no ticiam obiecti apprehensiuā vel adhesiuā: cōfor

miter ad illud dictum cõmune nichil volitũ vel nolitũ nisi precognitũ. Sed differunt in hoc q prosequutio & fuga mere naturaliter ꝓducun: sic q apprehensio aliquo obiecto delectabili vel tristabili ab ipsa potentia sensitiua: nõ est possi le naturaliter quin producatur Prosequutio vel fuga illius obiecti in ipsa potentia sensitiua appe titiua: sed volutio & nolutio mere libere ꝓdu tur: sic q dato q intellectu⁹ cognoscat aliqu obiectum & iudicat illud delectabile & prose dum voluntas tamen est in se tam libera vt p indifferenter velle illud vel nõ velle id: Ideo simpliciter libera Libertate contradictionis.

Secundo sequitur q operationes aliaru potentiarum ab ipsa voluntate. Non habẽt quã bonitatẽ vel maliciã nisi illam quã assum ab actibus voluntatis imperãtibus eas: & ita o rationes brutorum nullo pacto sunt bone n male: eo q non habeant voluntatem impera tem suos actus.

Circa dicta quereret aliquis an in homi sunt ponende tres anime distincte realiter. R spondetur breuiter relicta opinionum plurali te q eadem res nũero ĩ homine dr̃ aĩa rõalis. sensitiua & anima vegetatiua diuersis tamen tionibus: propter diuersas operationes quas n ta est exercere. ¶ Nec valet obiectio ipsius ok qua sic arguit sensualitas aliquando aduersa

rationi: & tunc homo habet iudicia contraria: & illa insunt nisi ipsi anime: ergo si poneda estvna anima sola in homine: tunc qualitates contrarie essent simul in eodem subiecto. ¶ Ad hoc potest dici dato antecedente negando consequentiam quia illa duo iudicia nō insunt eidē subiecto adequato: quia iudicium conforme sensualitati iest alicui composito ex anima & aliquo sensu corporeo. Sed iudicium cōforme rationi inest solum ipsi aīe & ita nō sunt in eodē subiecto adequato

¶ Ex isto correlarie sequitur q͏̄ omnis noticia sensitiua est diuisibilis intensitiue & etiam extensiue eo q͏̄ inheret composito ex ip̄a anima & aliquo organo corporeo tāq̄ subiecto adequato. Sed noticia pure intellectiua est indiuisibilis extensiue inherens solum anime intellectiue tāq̄ subiecto adequato. Hoc correlarium est conforme dictis doctoris subtilis in multis locis sue doctrine.

¶ Sed vlterius quereret aliquis an sicut est vna & eadem anima in eodem homine & non plures distincte realiter: an etiam sit solumvnica potentia anime & non plures distincte realiter in eodem homine, Dico pro nunc breuiter vsq; ad libros de anima quod pure nominalisando in homine est solum vna potentia anime principalis & essentialis: quę nichil aliud est q̄ ipsamet anima: diuersa tamen sortitur nomina: propter

suas diuersas operationes quas nata est exerce[re]
sed sunt multe potentie anime instrumentales [in]
eodem homine realiter distincte, puta tot qu[ot]
sunt sensus & preuie dispositiones prerequisi[te]
ad operationem anime producendam.

¶ Consequenter notanda venit equiuoca-
tio huius termini virtus, Virtus prima sui diui[sio]-
ni diuiditur in virtutē actualem & in virtutē ha-
bitualem: virtus actualis diffinitur eodem mo[do]
sicut actus moraliter bonus sicut in principio d[i]-
ctum est. Sed virtus habitualis dicitur qualitas [na]-
turaliter pducta a virtute actuali remanens i[n]
potentia trāseunte operatione reddens ipsam p[o]-
tentiā prōptam & inclinatam ad trāseundum [in]
similes actus, his a quibus genitus est talis hab[i]-
tus. Declaratio hui⁹ diffinitionis prius posita e[st]
Ideo pro nunc pertranseo.

¶ Secundo diuiditur ipsa virtus in virtu[tem]
moralem: & in virtutem intellectiuā. Virtus e[nim]
dicitur moralis a more.i.consuetudine eo q[uod] e[x]
diuersis consuetudinibus generatur: & etiam e[x]
ipsos mores, homines laudātur: & dicuntur bo[ni]
vel mali, & omnis talis virtus habitualis moral[is]
inest subiectiue in ipsa voluntate vel in potent[ia]
appetitiua sensitiua, & generatur ex operatio[ni]-
bus taliū potentiarum. Sed virtus habitualis in-
tellectualis inest subiectiue in ipso intellectu [et]
producitur ab operationibus seu iudiciis ip[sius]

intellectus. Et consequēter assignantur quinq; tales habitus qui dicūtur veridici, & intellectuales: & sunt isti/ars/prudentia/intellectus/scientia, & sapientia, quorū duo primi dicūtur habit⁹ practici, eo ꝙ generantur ex iudiciis practicis propositionum verarū: & vt implurimū contingentium. Alie tres dicūtur habit⁹ speculatiui qui versantur circa necessaria eo ꝙ producuntur a iudiciis speculatiuis ꝓpositionū necessariarū: & de hiis qnq; habitib⁹ intellectualib⁹ lati⁹ dicet̃ i sexto ethicoꝝ.

¶ Sed virtus moralis diuiditur pro vt nūc sufficit ad propositum in quattuor virtutes quas principales & cardinales morales philosophi appellāt, & sunt iste/fortitudo/tēperantia/iusticia/ & prudētia, & dicūtur cardinales a cardine quia sicut hostium super cardine suis motibus regulat̃ Ita etiam his quattuor virtutibus prenominatis tota vita humana quo ad suas operationes regitur: & omnes alie species virtutū (cuiusmodi sunt liberalitas/magnificentia/magnanimitas amicitia/affabilitas veritas/entrapilia/philothomia & sic de aliis, sub hiis quattuor virtutibus cardinalibus comprehenduntur itaꝙ omnis virtus moralis vel est fortitudo vel temperantia vel iusticia vel prudentia. Et probatur sic ratione obiecti, quia per philosophum secundo ethicorum capitulo tertio. Omnis virtus versatur circa difficile tanq̃ circa obiectum, & tunc sic vel id difficile

est horribile vel terribile & sic est fortitudo: eo q fortitudo versatur circa horribilia vel terribili moderanda: vel illud difficile est delectabile vel tristabile gustui vel tactui & tunc est temperan vel illud difficille est bonum cōmutabile vel vti reip. & sic est iusticia : vel id difficile est bonu consiliabile: & sic est prudentia.

¶ Et si obiicias prudentia est virtus intel ctualis & prius inter illas enumerata: ergo m assignatur hic pro virture morali. Respond negando consequētiam: quia prudentia nō en meratur inter virtutes morales eo q sit vna p prie earum: sed propter connectionē quā hab cum virtutibus moralibus: eo q nullus est ne test esse actus moraliter bonus nisi adsit prud tia regulatiua illius. Ideo vocatur a philosoph auriga & regula virtutum moralium. Tum e quia prudētia versatur circa agibile quod est m teria virtutum moralium; dicitur tamen prop virtus intellectualis eo q inest subiectiue inte ctui & generatur ex doctrina: partim tamen experiētia & assuefactione sicut virtutes moral

¶ His notatis & intellectis respōdetur a formam dubii per aliquas propositiones: qua prima est. Omnes virtutes intellectuales siue actus siue habitus ponuntur subiectiue in ipsa p tentia intellectiua hoc est in ipsa anima ration li i quātū itellect⁹ est hęc ꝑpositio claret ex di

¶Secunda propositio omnes virtutes morales quę sunt actus eliciti vel habitus geniti ab illis: ponuntur subiectiue in voluntate seu anima rationali in quātum voluntas est.

¶Tertia propositio omnis virtus moralis que est actus imperatus inest subiectiue eidem potētie cuius est actus vt si fuerit actus fidei inest intellectui: & si actus potentie sensitiue interioris vel exterioris inest toti composito ex tali organo & anima informante illud. Hoc videtur apparēs & etiam conforme dictis doctoris subtilis in multis locis sue doctrine vt claret in suis libris sententiarum. Et hanc opinionem pronunc insequor.

Sed occurrit vnum dubium an videlicet in appetitu sensitiuo sit reperibile omne genus virtutis: cuiusmodi est fortitudo temperātia & iusticia actualis & habitualis sicut & in voluntate & sic/ an quilibet talis/ sit virtus proprie dicta.

¶Ad hoc dubium respondet sanctus Thomas prima secūde questione qninquagesima sexta articulis quarto & sexto: dicens ꝙ virtutes que ordinant affectum hominis in deum vel in proximū cuiusmodi sunt: caritas: iusticia & eiusmodi sunt solum in voluntate sicut in subiecto: & non in appetitu sensitiuo: sed ille virtutes morales que ordinant ad bonum proprium ipsius volentis:

sicut fortitudo & temperātia quę sunt circa pa[ssi]ones moderandas & refrenandas sunt solū sub[ie]ctiue in appetitu sensitiuo & non in voluntate; hoc maxime loquendo de habitibus quoniam [se]cundum eum non est idem de actibus.

¶ Sed Guillermus oKam in tertio sen[ten]tiarum questione decima. Nititur hunc mod[um] beati Thome impugnare et cum apparentia p[o]nit aliquas propositiones. ¶ Prima est in qua [con]cordat cum Thoma & est hęc. In appetitu sen[si]tiuo est ponendus habitus genitus ex ꝓsequ[tio]ne vel fuga obiecti. Probatur: hęc propositio [...] quando aliqua potentia sic se habet ꝗ ante fr[e]quentationem actuum differēter exibat in ill[os] & facile in contrarios, et post frequentatione[m] facile exit. In tali est ponendus habitus deter[mi]nans illam potentiam. Sed ipse sensus ante fr[e]quētationem actuum difficulter exibat i aliqu[os] actus, et faciliter in contrarios. et postea facil[i]. igitur. Patet igitur sic minor quando aliquis e[st] solum cōtinēs anteq̄ sit temperatus habet act[us] voluntatis, quibus respuit obiectum Intempera[n]tie, et habet actus cōcupiscentie in sensualitate Et per frequentationem actuum per imperium voluntatis superatur illa concupiscentia in sen[s]ualitate. Et tādem producitur actus in ipso sen[s]u per imperium voluntatis quo ipse sensus re[s]puit obiectum intemperantie. Tunc arguitur sic

statim post frequentationẽ istorum actuũ respui tiuorũ causabit cõtinens cum difficultate actum postea facile exit potẽtia sensualis in illos actus, quia presentato obiecto intẽperantie respuit sensus sine magna contra pugnatione, ergo post frequentationem actuum facile exit ipse appetitus sensitiu⁹ in actum. Et difficulter antea exibat in talem actum, & ista est tota et p̃cipua ratio ipsius OKam p̲pter quã ponit habitus generari in sensualitate. Alia ratio est quoniã caro cõcupiscit aduersus spiritum, et cõcupiscit aliquid q̲ ratio respuit ergo oportet de necessitate ponere habitum in sensu et alterũ in appetitu rationali respuitiuo

¶ Sed diceret aliquis in potentia pure naturali nõ ponitur habitus, sed sensus est potentia pure naturalis igitur, dico q̲ sensus in se est potẽtia pure naturalis, et libera per participationem Sicut etiã intellect⁹ dicit̃ potẽtia libera p̲ participationẽ licet intellectus inquãtũ intellect⁹ sit potẽtia pure naturalis. Vñ in illa potentia pure naturali quę pręcise determinatur ad vnum actum, sic q̲ non ad oppositum non ponitur habitus, sed in aliis potentiis pure naturalibus in se et libere per participationem quę non determinantur precise ad vnam operationẽ potest poni habitus, et de facto ponit̃, vt ĩ intellectu & in sensu.

¶ Secunda propositio ipsius O Kam est hęc null⁹ habit⁹ posit⁹ in appetitu sensitiuo dicit̃

proprie virtus. Probatur sic, quoniam actus sen-
tiuus non est proprie virtus, ergo nec habitus. te-
net consequentia. quoniam habitus nõ dicitur vir-
tus nisi propter actum talem ad quem inclinat:
ymo tota ratio quare habitus dicitur virtus est q
inclinat ad actum. Et antecedens patet. quoniam
actus sensitiuus non est proprie liber. sed solum
secundum q imperatur a voluntate: ergo non est
proprie actus virtutis, quia de ratione actus vir-
tis est q sit libere elicitus, & quanto magis liber
tanto magis accedit ad virtutem.

¶ Tertia propositio est in voluntate est ponen-
dus habitus respectu omnium respectu quorum
est ponendus habitus in sensu. Probatur sic. quo-
niam respectu omniũ respectu quorum ponit ha-
bitus in sensu, voluntas est indeterminata sic, sci-
licet q potest velle illa vel nolle. Tunc arguitur:
omnis potentia indeterminata ad aliquos act.
ex frequenti electione acquirit habitum determi-
nate inclinantem illam ad illos actus, sed volun-
tas respectu omnium respectu quoruʒ ponitur ha-
bitus in sensu. est indeterminata q̃tũ ad exercit.
& specificationem actus, ergo causabitur in vo..
tate habitus inclinans illã ad alterum illorum ob-
iectorum. & non video magnã apparẽtiã in op-
positum. vt presentato obiecto fortitudinis, aliquis
vult aggredi. & potest nolle aggredi. ergo volun-
tas eius est indeterminata ad alterum illorum. &
ex frequenti volitione aggrediundi causatur ha-

bitus determinans ipsã voluntatē ad aggressum. & ista est tota rõ quare ponitur habitus in aliqua potentia quia ipsa potētia est indeterminata. & ꝑ frequētationē actuū determinatur.

¶ Quarta propositio solus habitus volūtatis dicitur proprie virtus habitualis. Probatur. quoniã solus ille actus est proprie virtuosus. qui est imme diate liber, cuiusmodi est actus volūtatis. ergo so lus ille habitus genitus ex talibus actibus venit ꝓ prie dicenda virtus habitualis. Et hec sunt de intē tione ipsius Okã loco preallegato.

Qualiter virtus consistit in medio.

SEcundo principaliter dubitatur, an omnis virtus cõsistat in medio duorū viciorum extremorum.

¶ Pro huius dubii solutione notandū est ꝙ duplex est mediū quoddã est medium rei, & est illud ꝙ eq̄liter distat ab vtroqꝫ extremorum. vt sex inter decem & duo. & hoc medium consistit in arismethica proportione, & illđ medium est idem apud omnes & similiter huius extrema sunt determinata. Aliud est mediū quo ad nos, & est illud medium quod sumitur secūdū rectam rationē, & tale nec est plus debito nec minus debito, Istud declaratur sic in tēperãtia, Quã do hõ sic comedit. & bibit ꝙ nõ capit plꝰ debito

nec minus. sed capit sufficienter ad nutriendã suã naturam. & ad hoc ꝙ exerceat suas operationes debitas. & honestas. Et tale medium consistit in medietate geometrica recta ratione proportionata. nec ẽ idẽ apud oẽs sed qualis est ꝓportio inter varios homines. talis debet esse latitudo eius medii, vt milo in quadruplo vigoriosior in digerẽdo q̃ ludismagister: in quadruplo plꝰ comedit, & hoc stãdo infra latitudinẽ tẽperãtie: ergo illud mediũ nõ est idẽ apud oẽs sed variatur scd̃m cõplexionũ diuersitatẽ in tẽperãtia: & alia in aliis virtutibus & ꝑ cõsequẽs illud mediũ nõ habet determinata extrema scd̃m rẽ. quũ ip̃m medium nõ ẽ determinatum secundum rem.

¶ Hoc notato respondetur ad dubium per tres ꝓpositiones, omnis virtus est habitꝰ electiuus immediate cõsistens prout determinat ipse sapiens. hec propõ est diffinitio virtutis. quam ponit Aristoteles secundo ethicorum.

¶ Secunda propositio medium in aliis virtutibꝰ a iusticia est mediuʒ quo ad nos. patet sic. quoniã non est in omnibus eadem latitudo temperantie quoniam si Plato vel ludimagister diu tantuʒ comederet: sicut viticola vel petrarum lator ipse intemperanter comederet, & morbum in corpus incurreret. & forte etiã in anima. Idem patet in materia fortitudinis, quia si Vlixes staret vbi Iohas vel Aiax Thalamonius expectat ipse temerarie ageret & non fortiter. & tamen Ioab. & Aiax for

titer agunt sic expectando.

¶ Tertia propositio iusticia non est accipienda quo ad medium secundũ rẽ. sed solum quo ad medium secundũ nos, et rationẽ: ꝓbatur hęc propositio, quoniã iusticia punitiua non infligit eandẽ penã vel equalẽ arismethice, illi qui percussit regem, et eius clientẽ. Similimodo sacerdos iniungens per habitum iusticie, pœnitentiã ipsi peccatori, non habet pro eodem peccato semper equalẽ pœnam iniungere vni peccatori et alteri: ergo latitudo iusticie attenditur quo ad nos, & rationẽ, et non secundũ rem, tum secundo ꝓbatur sic medium rei est idem apud omnes et omni tempore et loco Sed medium iusticie cõmutatiue non est idem apud omnes. Salmones abardone viliori foro vẽdunt̃ q̃ parisii. ecõuerso vinum. Similiter pincta vini hoc anno vẽditur caroło quã anno p̃terito hoc in tempore habuimus duobus liardis, igitur. ¶ Ex dictis correlarie sequitur ꝙ in qualibet materia virtutis medium nõ cõsistit in indiuisibili sed in certa latitudine infra quam quis manẽs semp virtuose operat̃. ¶ Scd̃o sequit̃ ꝙ virt⁹ tenet pulchrũ locum & sedẽ, ptꝫ quia tenet locũ mediũ quẽ creberrime tenuit xp̃s cum natus sit in medio duũ aialium, & disputauit in medio doctorum. ¶ Sed queret aliquis incidẽtaliter an idẽ habitus manẽs, primo virtuosus possit postea effici malus, & inclinare ad actus malos: et similiter an habitus malus, idem numero manẽs pos-

sit effici bonus. ¶ Respondetur breuiter ꝙ sic. Primum patet de berta que habeat intensum habitum virginitatis. & adueniat illi casus i quo ipsa tenetur differere suum propositum: cuiusmodi esset conseruatio pacis reip. quę aliter procurarii nō potest. tunc sic/talis habitus virginitatis inclinabit illam seruare virginitatem: & tamen talis actus volo seruare virginitatē in ipsa existens stāte casu est actus malus, ergo talis habitus virginitatis antea bonus efficitur malus: & secūda pars patet de illo qui habet habitū genitum ex talibꝰ actibus volo dare elemosinā pauperibus (stante cum tali actu conscientia erronea in oppositum) tunc talis habitus est viciosus quia ex peccatis genitus: & postea remota illa consciētia erronea & adueniente prudentia in intellectu: ille idem habitus manens inclinabit in actus bonos moraliter: igitur tūc talis habitus factus est bonꝰ: & antea erat viciosus igitur.

¶ De gradibus virtutum.

TErtio principaliter dubitatur & hoc circa materiam de virtutū gradibus quos ponit Aristoteles & difficultas est talis vtrum in vna quaqꝫ virtute morali scilicet fortitudine: temperātia & iusticia reperia

tur isti tres gradus virtutũ scilicet gradus continẽtie gradus temperãtie & gradus heroicus. ¶ Pro solutione huius questionis primo declarãdi sunt isti tres termini scilicet continentia gradus: tẽperantia gradus & grad⁹ heroicus. ¶ Vnde continẽtia secundũ Thomã secun da secũde questione cẽtesima quinquagesima quinta & secundũ buridanum in septimo ethicorũ capitur tripliciter vno modo pro ĩmoda abstinentia a delectationibus venereis & tunc idẽ est ꝙ virginitas: secundo modo capitur vt tãtum valet sicut temperãtia: & hoc modo capiẽdo est vna virtus specialis: & de istis duabus acceptionibus non est hic ad ꝓpositum sed tertio modo capitur prout importat gradum virtutis: & tunc sic diffinitur: continẽtia est habitus inclinãs ad agẽdum cõformiter: secundũ rationem rectam: non obstantibus vehementibus passionibus ab illo bono rationis retrahentibus Exemplum: sit fortes in quo insurgit valde vehemens motus illecebre: habet hoc iudicium nõ est a me mulier cognoscenda: & in suo appetitu sensitiuo est passio multũ incitans illum/ad agendum contra illud dictamen rectum: non obstante tali passiõe habet actum quo nult cognoscere mulierem: talis actus est actus continẽtie gradus: & habitus quẽ producit est habitus cõtinentie gradus: istud est conforme mẽti ipsius guillermi OKam in suo tertio libro sentẽtiarum vltima questione: vbi dicit ꝙ iste termin⁹ virtus in gradu cõtinẽtie

tria cõnotat,primũ ꝙ i intellectu ipsiꝰ agẽtis sit iudiciũ practicũverũ de aliquo operabili vel fugibili.puta hoc est faciẽdũ vel fugiẽdũ. Scdm ꝙ in appetitu sẽsitiuo sit vehemens passio retrahẽs & incitãs ipm hominẽ cõtra dictaneũ recte ratiõis ad fugiendum vel prosequendum aliquid. Tertium ꝙ in voluntate sit electio hoc est actus volũtatis conformis tali dictamini recto:sic ꝙ voluntas non obstantibus passionibus retrahentibus ligat operare.

❡Sed occurrit incidentaliter vna difficultas quã tractat Ioannes buridanus.Vtrum in illo qui elicit actum bonum secundum gradum continentie sit in eius appetitu sensitiuo aliquis actus conformis actui voluntatis virtuoso. Similiter an sit in eius voluntate actus conformis illi concupiscentie que est in appetitu sensitiuo.Exemplum est vt quando sortes habet vehem entem passionẽ qua mouetur ad cognoscendam mulierem: vtrum ex illa concupiscentia causetur in voluntate aliquis actus:quo vult consentire appetitui sensitiuo. Nõ obstante ꝙ habet nolle quo nult hoc obiectum illicitum. Et similiter an ex ista nolitione causetur in appetitu sensitiuo fuga obiecti.hoc est querere vtrũ appetitus sensitiuus habeat duos actus: vnũ fugitiuum causatum ab imperio voluntatis quo fugit obiectum sub ratione turpis & alterum quo prosequitur illud obiectum sub alia ratione puta quia vult delectare in illo.

Quantum ad hanc difficultatem contrariã- tur Buridanus & OKam vnde Buridanus questione quinta septimo ethicorum dicit: ꝙ in continẽte est duplex actus tam in appetitu sensitiuo q̃ in voluntate. Vnus ad prosequendum obiectum cã- tus ex apprehensione obiecti sub ratione delectabilis. Alter actus ad fugiendum obiectum causatus ex apprehensione obiecti sub ratione turpis. Et ita secundum buridanum in appetitu sensitiuo. & similiter in voluntate stãt simul & semel ꝓsequutio & fuga eiusdem obiecti, nec adinuicem illi actus contrariantur. quando causantur mediãtibus diuersis noticiis apprehensiuis. ¶ Aliter dicit OKam in suo tertio sententiarum q̃stione vltima. videlicet ꝙ in ipso continẽte seu qui bñ agit moraliter in gradu cõtinẽtie est solus vnus actus in voluntate. quo fertur virtuose in obiectum conformiter ad rectã rõnẽ. & simul in appetitu sensitiuo est alius actus & passio inclinans ad contrarium recte rationis. ratione cuius assistentie actus bonus in volũtate dicitur esse bonus in gradu cõtinentie. & ratio ipsius OKam est quoniam omnis prosequutio distincta alicuius obiectivere cõtrariatur actui distincto refugitiuo eiusdem non obstante ꝙ causarentur a diuersis noticiis apprehensiuis, Vnde non possum odire & amare distincte idem obiectum simul & semel.

¶ Sed contra hunc modum dicẽdi ipsius OKam positum a nobis arguit sic Ioannes Bu-

ridanus. videtur ꝙ nunq̄ de gradu continētie ad gradum tēperantie circa materiam illecebram pcedere possimus. patet sic. qm̄ bn̄ sequitur in ipso continente nullus est actus refugitiuus in suo appetitu sensitiuo. ergo in appetitu sensitiuo nō cāsabitur habitus qui resistat insultationi passionū retrahentium. (Vnde actus vel passio in appetitu sēsitiuo causatur pure naturaliter ex apprehensione obiecte sicut calor ab igne. ita ꝙ si non ponat̄ obstaculum posita apprehensione obiecti vt delectabilis causatur in appetitu sensitiuo mere naturaliter prosequutio eiusdem) Tunc bene sequit̄ in hoc appetitu sensitiuo nullus est actus refugitiuus obiecti, ergo non causatur habitus inclinās ad refugiendum: & vltra, ergo quantumcunq; cōtinuum actum bonum in gradu continentie in volūtate. adhuc causabitur & remanebit equalis passio in appetitu sensitiuo. probatur vltima cōsequētia quia remanebit eadē causa naturalis & eque fortis. & nihil est causatum in appetitu sensitiuo. ergo ex ipsa causa pure naturali causabitur equaliter effectus in sensu. Si dicas ꝙ voluntas resistet Contra prius nō poterat facere voluntas ꝙ nō insurgeret passio in sensu. ergo si per replicationem actuum in voluntate nihil sit derelictum in appetitu sensitiuo quod resistat. Voluntas non poterit facere ꝙ apprehenso obiecto nō causetur passio. Dico ꝙ verum est ꝙ in parte sensitiua nullomodo causabitur actus qui resistat genitus habitus

ſiue actu' illius appetitus ſenſitiui, cum infertur, ergo poſtea cõtinue inſurgit tanta paſſio p̃ſentato obiecto illo eodem & ſub eadẽ ratione ſicut pri⁹ inſurgebat. Dico q̄ cõſequẽtia non valet, & licet voluntas nõ poſſet facere ſtante apprehenſione obiecti delectabilis quin inſurgat paſſio in appetitu ſenſitiuo, inclinãs ad vitium: poteſt tamẽ voluntas facere duo. Primũ q̄ tale obiectum nõ ſit preſens nec apprehenſum a tali ſenſu. Secũdum voluntas poteſt facere q̄ nõ inſurgat tãta paſſio in ſenſu quãta inſurgeret ſi voluntas nullo modo niteretur ad oppoſitum patet per experientiam. Et vltra poſt iſtum actum quo voluntas nititur in oppoſitum ipſi ſenſualitati derelinquitur habit⁹ in voluntate. Tunc ſi ſecundo preſentetur obiectum magis renititur q̃ prius: quia habet maius adiutorium q̃ prius, nã prius renitebatur ſecundum ſolum conatum ipſius voluntatis, & nunc in ſecunda vice habet habitum adiuuãtẽ ipſam voluntatem ad renitẽdum, ergo voluntas cum tali adiutorio facit q̄ nõ tanta inſurgat paſſio, & ex tali actu intẽditur habitus. Et ſic tertio voluntas magis nititur: & ſic cõſequenter per replicationẽ actuum poteſt fieri q̄ tandem voluntas poterat facere mediante tali habitu genito q̄ nullo modo vel ſaltem debiliter inſurgat paſſio in ſenſu diſtrahens: & tamen primo quando preſentabatur obiectũ: voluntas nõ poterat hoc facere. Vlterius dico q̄ nõ ſolum habitus appetitus ſenſitiui reſi

ſtit in oppoſitum: ſed etiam habitus ipſius volū tatis reſiſtit & hoc propter cōnectionem appetitus ſenſitiui ad voluntatem, quoniam ſi voluntas eliceat actum conformē appetitui ſenſitiuo: elicit multum intētiorem, ita ꝙ illa concupiſcentia ſenſitiua iuuat voluntatem: ſimiliter habitus in voluntate exiſtēs reſiſtit productioni passionum in ſenſu, in oppoſitum talis habitus.

¶ Sed virtus dicitur eſſe in gradu temperātie qnando nō inſurgunt vehementes paſſiones in ipſo ſenſu retrahentes in cōtrarium, quia notum eſt ꝙ poſtꝙ ſortes ſe exercuit p multos actus in materia temperantie, cōtinue debilitatur paſſio in ſenſu ſic ꝙ tandem non amplius vel debilis inſurgit paſſio, tunc talis habitus genitus ī voluntate multum intenſus: & impediens vehementem inſultum paſſionum eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cū habitu continentie, ymo illi duo habitus differunt ſolum ſcd̄m maius & minus.

¶ Per iſtud ſoluitur vna alia difficultas cōmunis, qua ſolet queri Vtrum virtus in gradu cōtinentie, & virtus in gradu temperātie circa idem obiectum differant ſpecie. Reſpondent aliqui ꝙ nunꝙ eſt virtus in gradu continentie, niſi habeat paſſiones pro obiecto: vt nolo fornicari non obſtantibus vehementibus paſſionibus, & habitus genitus ex tali actu eſt habitus continentie gradus, & dicūt ꝙ virtus in gradu temperātie fertur

ſemper in paſſionem diſtrahentem, ſub ratione paruitatis: vt nolo hanc cognoſcere nō obſtante parua paſſione incitante: & tunc ſecundū iſtum modum dicēdi omnis vitus in gradu continentie ſiue actus ſiue habitus differt ſpecie a virtute in gradu temperantie.

¶ Sed non placet iſte modus dicēdi/ideo aliter dico ꝙ licet de ratione virtutis in gradu cō tinentie ſit: ꝙ inſurgant magne paſſiones: & de ratione virtutis in gradu temperantie eſt ꝙ non inſurgant magne paſſiones, non oportet tamen ꝙ ille paſſiones cadāt ſemper in ratione obiecti. Et ideo poſſunt dari duo habitus virtuoſi: & ſimi liter actus: quoruꝫ vnus eſt in gradu continentie alter in gradu tēperantie: & tamen habent idem obiectū adequatum, & ſecundum eandem ratio- nem conſideratum, ergo erunt eiuſdem ſpeciei: & hoc teneo pro nunc tanꝗ probabilius.

¶ Conſequenter notādum venit quid ſit gradus heroicus in vna quaque materia virtutis, pro quo aduertendum eſt ꝙ Guillermus oKam decimaquinta queſtiōe ſui tertii libri ſententiaꝝ dicit ꝙ virtus i gradu heroico eſt operatio virtuo ſa: vel habit⁹ inclinās ad talē operationē virtuoſā ꝗ excedit cōmunē hominū facultatē, & hoc ex na tura obiecti vel ex aliqua circūſtātia: ſic ꝙ cōmu- nis hominū facultas nollet ita operari. Exēplum pime partis vt velle ſubſtinere mortē pro defen-

ſione reipublice,eſt actus heroicus, & hoc ex na-
tura obiecti ſcilicet mortis excedit cõmunem ho
minũ facultatem. Exẽplum ſecundi vt velle ſerua
re caſtitatem nõ obſtante morte que ꝓbabiliter
exiſtimatur futura: vt ſortes proponit ſeruare ca-
ſtitatem & proponitur ei mors niſi deſerat caſti-
tatem: tunc talis volitio ſeruãdi caſtitatem conti
nuata nõ obſtante circunſtantia mortis eſt bona
in gradu heroico ex circunſtantia ſuperueniente
& non ex natura obiecti.

¶Pro iſto notãdum eſt ꝙ in illo qui vult
ſeruare caſtitatem: & cui preponitur mors: eſt tri
plex actus: vnus quo ſolum fertur in caſtitatẽ tãq̃
in obiectum: alius eſt quo fertur in mortem ſolũ:
alius quo fertur tam in mortem q̃ in caſtitatem.
Primus actus nõ eſt heroicꝰ ex natura obiecti, ſed
ſolum extrinſece ratione talis circunſtantie mor-
tis aſſiſtẽtis. ſed duo vltimi actꝰ ſũt heroici intrin
ſece: & ex natura obiecti, quia feruntur in ſuffe-
rentiam mortis tanq̃ in obiectum.

¶Iſtis prenotatis & intellectis reſponde-
tur ad formã dubii principalis & per hanc vnicã
concluſionem: circa quãlibet materiam virtutis
contingit reperire virtutẽ: & bene moraliter age
re: tam in gradu continẽtie, tam in gradu tempe
rantie, tã in gradu heroico, ꝓbatur ſic quoniã cir
ca quãlibet materiam virtutis poſſ nt inſurgere
paſſiones notabiles retrahentes & poſſunt tales

passiones cedari, & potest etiã occurrere circun-stantia mortis vel aliqua alia excedens cõmunẽ hominum facultatẽ quibus nõ obstantibus actus ipse virtuosus continuatus in voluntate dicitur esse in tali vel tali gradu.

¶Sed ad propositum occurrit incidentaliter vnum dubium an virtus existens in gradu cõtinẽtie sit melior & excellentior q̃ virtus existens circa idem obiectum in gradu tẽperantie ceteris aliis paribus, eodem modo inquiritur de gradu heroico, hanc difficultatem tractat sanctus Thomas secunda secunde questione centesima quinquagesima quinta & Buridanus questione quinta septimo ethicorum.

¶Sed volendo studere breuitati seclusis argumentationibus respõdetur ad dubiũ per aliquas ꝓpositiones quarũ prima est. Virtus in gradu heroico circa idem obiectum est melior & excellentior virtutibus aliorum duorũ graduum ceteris aliis paribus, probatur sic ꝓpositio quoniã virtus quę magis accedit ad virtutẽ exemplarem dei est melior, sed sic est de virtute heroica: quoniam ipsa dicitur quasi diuina & non humana igitur. Tum etiã arguitur: virtus & ars sunt circa difficile per philosophum secundo ethicorũ: sed virtus ĩ gradu heroico est difficilior: vel ex parte obiecti, vel ex parte circunstantie virtute in gradu heroico igitur. Et istud corroboratur per exẽ

plum gentilium philosophorũ, cuiusmodi socrates & diogenes: & etiã prophete veteris testamenti, & maxime viri percelebres in primitiua ecclesia, quoniam omnia bona caduca mundi relinquentes & christũ insequẽtes: & ita heroice operantes, maxime laudati sunt, & effecti sunt prudẽtes sicut serpentes: & simplices sicut colũbe igitur

Secũda propositio melius est alicui esse tẽperatum in habitu q̃ esse cõtinentẽ in habitu circa idẽ obiectum: & ita melior est habitus in gradu temperãtie, q̃ cõsimilis habitus in gradu cõtinentie circa idem obiectum, ꝓbatur sic, habitus intẽsior & ex pluribus actibus bonis genitus semper est melior, quãdo vterq; habitus est circa eandem materiam: sed acceptis duobus habitib' cõtinentie & tẽperantie gradus, circa eandem materiã ille qui est in gradu tẽperantie est intẽsior ex pluribus actibus virtutis genitus vt notum est: ergo ceteris aliis paribus est melior illo habitu qui est in gradu continentie.

Tertia ꝓpositio operatio virtuosa actualis ab habitu continentie gradus ꝓcedens, est melior simili operatione eque intensa procedẽte ab habitu in gradu temperantie, & ex consequente cõcedo ꝙ q agit cõtinẽter vbi cetera sũt paria virtuosius & magis meritorie agit, q̃ ille qui agit in gradu temperantie, Probatur sic propositio quoniam ille qui cõtinenter agit: agit cũ maiore diffi

cultate agone & certamine & hoc proueniēte cō tra voluntatem ipsius operātis,& non est in eius potestate illam reprimere & cum virtus consistat circa difficile sequitur ꝙ eius operatio est melior q̄ similis que est in gradu tēperātie. ¶ Tū etiam dicit Guillermus altisiodorēsis, ꝙ ille qui habet habitū vitiosum,& post talē habitum genitū exercet operationes cōtrarias illi operationi ex qua genitus est talis habitus & ex equali conatu cum alio qui non habet habitū vitiosum, plus meretur:& meli⁹ operatur:eo ꝙ magis difficulter agit, ergo cum ꝑpter talē difficultatem prouenientem ex habitu vitioso genito ex culpa sua quis magis meretur & melius operatur sequitur,'fortiori, vbi sortes bene agit moraliter contra illū motū sensualitatis,ꝙ ceteris aliis paribus magis meretur q̄ plato qui in agendo non patitur tales insultus sensuales.

Sed diceret aliquis contra sequeretur ex dictis ꝙ per aliquid quod nullo modo esset in potestate ipsius operātis:ymo contra suā volnntatē augeretur meritum & bonitas in opere:& hoc est eque magnū inconueniens sicut ꝙ per illud diminueretur bonitas vel meritum actus: & ꝓbatur tamen sequella,quoniam iam non insurgit in sorte concupiscētia vehemens eo ꝙ non est obiectum lubricū presens & sortes cōformiter ad rectam rationē elicit nolle intēperate agere. Et post illam elicisionē volo ꝙ efficiaт obiectū illecebre ꝑsens

ipsi sorti:causans in eo cõcupiscentiam, tunc ille actus qui cõtinuatur efficitur magis virtuosus q̃ prius. Secundũ hanc solutionẽ predictã quia cõtinuatur cum maiore difficultate: & hoc solum prouenit propter istã cõcupiscentiam que nõ est in mea potestate, ergo per aliquid quod est cõtra meã voluntatẽ & nõ in potestate mea actus efficitur magis meritorius & virtuosior q̃ prius.

¶ Ad hoc argumentũ dico ꝙ ille actus nõ efficitur magis virtuosus & meritorius: ꝓpter illã solã concupiscentiam superuenientẽ, sed quia libere sortes continuat ipsum actum nõ obstante tali concupiscentia siue passione difficultãte. Vñ non est incõueniens ꝙ actus qui nunc est malus in se inuariatꝰ: postea efficiatur peior propter circunstantiam superuenientẽ que nõ est in potestate habentis, ita etiam idẽ actus libere continuatꝰ ꝓpter maiorẽ difficultatẽ superuenientẽ q̃ prius efficitur magis meritorius & virtuosus, & hec de gradibus virtutum breuitatis causa sufficiunt.

¶ De connexione virtutum.

Quarto pricipaliter & vltimo dubitaẽ circa materiã de cõnexiõe virtutũ an virtutes sint ad inuicẽ connexe, ad hũc sensum ꝙ nõ habeẽ vna sine alia. Quãtũ ad hãc difficultatẽ relicta opinionũ varietate, ponã aliquas ꝓpositiões doctrinales & ꝓbabiles.

¶ Prima est ꝙ virtutes theologales scd3 doctorẽ

ſubtilem cuiuſmodi ſunt/ fides ſpes, & charitas/ de lege ordinata neceſſario cõnectuntur quo ad infuſionem:ſic ꝙ nõ poteſt ſtãte lege vna infundi ſine aliis,ſed nõ neceſſario cõnectuntur q̃tum ad cõſeruationẽ,ratio ſcoti pro illa parte eſt hęc ꝙ quẽ deus ſanat pfecte ſanat ſed virtutibꝰ theologicis ſanatur anima : ergo deus non infundit vnam ſine reliquis,q̃tum ad aliã partẽ probatur propoſitio,qm̃ ille qui peccat mortaliter perdit charititem:& non perdit fidem:& ſpem ergo poteſt vna virtus theologalis conſeruari ſine aliis.

❡Secunda propoſitio quelibet operatio virtuoſa eſt neceſſario cõnexa cum prudentia regulatiua ipſius,probatur propoſitio per philoſophũ ſecundo ethicoꝝ,omnis virtuoſe agens debet eſſe ſciens,qđ nichil aliud eſt dicere q̃ ꝙ actꝰ eius virtuoſus eſſe debet conformis recte rationi actualiter inexiſtenti,iſtud eſt ſuperius diſputatũ & ſufficienter probatum igitur pertranſeo.

❡Tertia propoſitio aliquis poteſt acquirere imperfecte vnam virtutem ſine alia,ſic ſcilicet ꝙ virtus illa nõ ſufficit denominare virũ ſimpliciter bonũ & abſolute perfecte virtuoſum,aut prudẽtem ſimpliciter:ꝓbatur propoſitio,quoniã datur primus actus generatiuus virtutis in ſorte, & non eſt neceſſe ꝙ cum illo actu vel in generatione illius virtutis obiiciatur materia alterius virtutis ab illa igitur.❡Tum etiam probatur:quo-

niã quis potest habere virtutẽ aliquam in gradu tẽperantie sine aliis virtutibus: ꝓbatur sic puta datur vnus virgo in quo oẽs motus circa illecebrem sunt cedati, lꝫ nõ fuerit promptus & exercitatꝰ circa materiã fortitudinis & iusticie. igitur.

❡ Quarta propositio: nemo est dicendus absolute loquendo iustus vel perfecte tẽperatus vel fortis vel absolute vel perfecte prudens nisi qui ẽ exercitatus & promptus ad bene agendum circa totam materiam virtutum cardinalium & promptꝰ ad resistendum tentationibus superuenientibus que hominem impediunt a prosequutione virtutis. probatur hec propositio. Primo auctoritate philosophi in tertio Ethicorum. nemo eligit iuuenes in duces quoniã non cõstat eos esse prudentes & primo Ethicorum capite tertio dicit philosophus: in vna quaqꝫ re: bene iudicat qui in illa est eruditus. absolute autem qui est in omnibus eruditus: ergo sequitur ꝙ nemo dicendus est perfecte virtuosus vel prudens in absoluto sermone/ nisi multuꝫ exercitatus in tota materia virtutum cardinalium. & probatur secundo & hoc ratione sic/ nemo est dicendus perfectus logicus vel logicus simpliciter, ꝙ idem est, nisi sciens multa logicalia memoriter, & sciens passum cum passu secũdum exigentiam materiarum mutuo tenere: & ſcrata in eadem scientia nouerit. & sic est in theologia & in aliis artibus: ergo nemo dicendus est in absoluto sermone iustus vel temperatus nisi hẽat

omnia illa per que actum sue virtutis facile defendere possit consequentia tenet per simile.

Quinta propositio ponenda est cōnectio omniū virtutum cardinalium ad hoc q̄ aliquis dicatur in absoluto sermone preditus virtute vel studiosus. Hęc conclusio sequitur ex precedētibus & est de mente aristotelis sexto Ethicorum capitę vltimo: & ad idem est tulius in suis questionibus tusculanis inquiēs, si vnam virtutē confessus fueris te non habere nullā te habituram necesse est, & diuus Augustinus secundo de trinitate capitulo quarto, dicit virtutes quę sunt in animo humano nullo modo separātur ab inuicē: & Gregorius primo moralium super illud Iob, ne forte peccauerunt filii mei &c. inquit neq; enim vna vere virtus est si mixta aliis virtutibus non est. Et ratione sic probatur, quoniam si berta fuerit tentata de chastitate / que in illa virtute diu se exercuit, si nō fuerit in materia fortitudinis exercitata, castitas sua exponitur periculo: dum tirānus ei mortem minatur n si in eum consentiat: & si tirānus magna offerat & munera, vt pote cathenas aureas & huiusmodi mundana oblectamenta quatenus ipsa, consentiat: nisi habuerit habitum iusticie ipsa erit multum inuasa, ergo sequitur q̄ vnus non potest esse perfectus in vna virtute sine aliis.

Cōtra duas vltimas propositiōes arguitur

fic,vel ad hoc q aliquis dicatur perfecte & abso lu te virtuosus vel tẽperatus requiritur q quodlibet indiuiduum fortitudinis vel iusticie in specie habeat,vel sufficiunt aliqui habitus certarum specierum fortitudinis & iusticie,si primum nõ inuenies vnq̄ aliquẽ perfecte tẽperatum, & si des secundum,ille quẽ perfecte temperatum ponis facile sucumbit,puta si proponatur ei aliquod certum indiuiduum fortitudinis vel iusticie alicuius materie in qua nondum est exercitatus.

¶ Ad hoc argumentum dico q adhoc q aliquis dicatur perfecte & absolute temperatus/ requiritur q habeat tot habitus vel iudicia circa materias virtutum cardinalium specie distincta: quovsq talis facile potest resistere flatibus eum a virtute pellentibus. ¶ Si queras quot habitus vel iudicia virtum cardinalium requiruntur ad hoc q quis absolute dicatur prudens vel temperatus. ¶ Rñr q numerus me latet,& eadem est questio quot propositionum logicalium pericia requiritur ad hoc q aliquis dicatur logicus perfectus & simpliciter,& solutio vnius est solutio alterius.

¶ Secundo arguitur virginitas & viduitas sunt inter se incompossibiles: & similiter chastitas coniugalis & virginitas, ergo non requiritur omnium virtutum connectio ad hoc q quis dicatur perfecte virtuosus. ¶ Ad hoc respondetur q propositiones predicte intelliguntur de actibus

virtutum cardinaliũ quę in quotidiano cõflictu vite contingunt & non de omnib⁹ virtutibus consilii. Etiam dico q castitas coniugalis & virginitas stabant simul in virgine maria.

¶ Tertio arguitur vitia non sunt omnia adinuicem cõnexa ergo neq; virtutes. tenet consequentia, quoniã homines sunt proniores ad vitia q̃ ad virtutes secundũ illud genesii capite primo sensus & cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Et antecedens patet per experientiã quoniã stat aliquẽ hominem esse vno peccato inuolutũ maxime sine aliis. Respondetur cõcedẽdo antecedẽs qm̃ multa vitia inter se repugnãt, vt prodigalitas & illiberalitas: & negatur cõsequentia qm̃ plura requiruntur ad denominationem perfecti boni q̃ perfecti mali.

¶ Et si dicas scribitur Iacobi secundo capite qui in vno offenderit factus est omniũ reus, distingo illam vel si per eam intelligis q ille qui in vno peccato offendit in reliquis omnibus offendit & sic non intelligit beatus Iacobus, vel si quis in vno offendit mortaliter non seruat omnia mandata collectiue, & sic concedo, & hoc modo intellexit beatus Iacobus qm̃ loquebatur contra phariseos qui dicebant si hõ haberet plura merita q̃ peccata erit simpliciter bonus & legem obseruans.

¶ Quarto arguitur virtutes intellectuales non sunt inter se cõnexe ergo nec virtutes mora-

les & cardinales/tʒ consequentia a conueniente similitudine. & añs patet. quoniã aliquis est peritus rhethor sine logica & econtrario. Ad hoc respondetur cõcedendo añs & negãdo cõsequẽtiã, nec ẽ simile quoniã peritus rethor tuetur se per pricipia sue artis sine alia facultate licet nesciat probabiliter disputare scientifice sine logica. Et logicus logice disputat & se tuetur in logica ne inuadatur et corruat hoc non contingit in vir tutib' cardinalibus. Et hec de prima parte nostri opusculi moralium dicta de virtutibus in generali breuitatis causa sufficiant.

De quattuor virtutibus cardinalibus.

Sequitur secunda pars huius opusculi moralium in qua parte vt promisim' de singulis virtutibus moralibus in speciali tractabimus Et precipue de quattuor virtutibus cardinalibus ꝓpositũ aggrediãdo.

Queritur primo, an sit precise quattuor virtutes cardinales et quare dicãtur Rñr per duas ꝓpositiones quarum prior est. Tantũ sunt quatuor virtutes cardinaleset non plures. scʒ prudẽtia. tẽperantia, fortitudo, et iusticia, ꝓ batur hec propõ auctoritate Tullii in sua rethorica. et Senece in uo libello et quattuor virtutibus cardinalibus.

Et scribitur sapiētie octauo sobrietatē et prudentiā docet. iusticiā et virtutē per sobrietatē tēperantiā, et per virtutē fortitudinē intelligit. hoc idem patet luce sexto super illo beati pauperes, et c. ¶ Secunda propositio iste virtutes quattuor dicūtur cardinales duplici de causa. Prima quia tota vita humana in eis versatur et voluitur sicut hostium domus in ipsius cardine. Et dicuntur cardinales tanq̄ virtutes principales inter ceteras: hæc ꝓpō ꝓbatur per illud ꝓuerbiorū vigesimo sexto sicut hostiū vertitur in cardine sua sic piger in lecto suo. Ita etiā tota vita virtuosa huc atq3 illuc īpulsa his virtutibus cardinalib9 innititur et fulcimētū capit. ¶ Et rōne ꝓbatur quomō iste virtutes sūt principales. qm̄ prudentia oñdit quid sit faciendū et quid vero fugiēdū: Tēperātia passiones hominis domat in se et voluptatibus turpib9 cōtrarie facit Fortitudo autē suadet ne a terribili vicatur. Iusticia vero retrahit ne quid erga proximū iniuste fiat.

Cōtra primā propositionem arguitur sic. Aliqua temperantia est virtus cardinalis. ergo q̄libet temperantia est virtus cardinalis. tenet consequentia quia equalis est ratio de qualibet temperantia, Et sic quelibet temperantia est virt9 cardinalis. ergo mille erunt virtutes cardinales specie distincte et per consequens non tantum quattuor. Et simili modo potest argui de fortitudine/ et iusticia/ et prudentia.

¶ Forte dices q̄ iste terminus virtus cardinalis capitur collectiue pro tota cõgerie habituum tẽpetantie ita q̄ tota congeries habituum temperã tie dicitur vna virtus cardinalis. Et tota collectio habituum fortitudinis dicitur secunda virtus cardinalis & ita de aliis duabus dicendum est.

¶ Cõtra hoc arguitur vel loqueris de omnibus habitibus possibilibus & sic non dabis purum hominem habere aliquã virtutem cardinalem q̄ nõ est dicendum vel loqueris de omnib⁹ habitibus quos vnus habet & cum aliquis plures & ali⁹ pauciores habeat dabis plures virtutes cardinales q̃ sint ille quattuor prenominate. ¶ Insuper arguitur multitudo habituum specie distinctorum non est vna virtus ergo multitudo habituum non est virtus cardinalis.

¶ Ad hoc argumentum respondetur concedendo istam quęlibet temperantia siue actualis siue habitualis est virtus cardinalis, & consequenter concedo q̄ mille & plures sunt virtutes cardinales specie distincte. Sed quia omnes respectant ad eandẽ virtutẽ in genere scilicet temperãtie, ideo quilibet habitus temperantie & omnes simul reputantur vna virtus cardinalis vnitate generica. Simili modo dicendum est de aliis virtutibus cardinalibus. Exemplũ est in simili, logicus veritatem propositionũ exacte querens dicit, tantum sunt quinq; predicabilia & tamen sunt cen-

tum termini specie distincti quorum quilibet est genus. & omnia illa genera pro eodem predicabili reputātur, sic de aliis predicamentis, & aliis partib⁹ dicēdum, ergo a fortiori moralis philosophus ab hoc loquendi modo non abhorrebit.

¶ Sed dubitaret aliquis an omnis virtus sub aliqua istarum quattuor virtutum cardinalium contineatur, Respondetur breuiter ꝙ non, quoniam instantia patet de scientia sapientia & intellectu quę non sunt virtutes cardinales. Instantia similiter est de istis actibus volo studiose viuere volo bene moraliter agere, nolo admittere aliqđ turpe & flagitium. Omnes similes actus generant habitus morales generaliores q̃ sint habitus cuiuscunqꝫ virtutis cardinalis.

¶ Sequitur de prudentia.

Dicto de quattuor virtutibus in generali superest de vnaquaqꝫ earum in speciali differere. Et prio de prudentia ceterarum virtutum moralium auriga: & regulatrici. ¶ Circa quaꝫ queritur & dubitatur prio quid sit prudentia & qualiter prudentia ab arte differat. ¶ Secundo dubitatur qualiter prudentia differat a scientia sapiētia & intellectu q̃ sunt virtutes intellectuales. Pro solutione primi dubii

& eius prime partis ponitur hęc diffinitio. Prudẽtia est recta ratio rerum a nobis agibiliũ, id est. Est iudicium ostendens voluntati agenda & fugienda pro fine aliquo honesto cõsequendo: vel est habitus genitus ex tali iudicio. exemplificare est facile. Sunt enim due potentie hominis supreme. Intellectus scilicet & voluntas, intellectus quidem. Est potentia directiua tanq̃ cõsiliarius ostendens voluntati quid agendum & quid fugiendum: & ideo in ipso intellectu tãq̃ in subiecto locanda venit prudẽtia: voluntas autem est potẽtia exsequutiua cõsiliati & dictati per intellectũ.

¶ Vlterius notandum est q̧ iste terminus ars interdum capitur generaliter prout includit scientiã & alios habitus intellectuales. Et sic capit Tulliꝰ in sua rethorica: dicens q̧ ars est collectio multorum preceptorũ, & hoc modo capiunt artiste vocabulum vocãtes logicã artẽ artium & scientiam sciẽtiarum. Alio modo capitur ly arsꝰ specialiter & ꝓprie & sic capitur in titulo prime questionis, & a philosopho in sexto ethicoꝝ assignante artem pro vna de quinq; virtutibus intellectualibus.

¶ Istis premissis pono duas conclusiões quarum prior est. Nõ semper prudẽtia distinguitur ab arte capiendo ly ars cõmuniter & generaliter. hęc cõclusio potest probari per diffinitionẽ artis superius allegatam & datam a tullio.

¶ Secunda conclusio. Ars proprie specialiter ca pta & prudentia abinuicem distinguntur hec cõ clusio multipliciter probatur primo auctoritate philosophi sexto Ethicoꝝ capite quarto dicẽtis Eorum autem q̃ aliter sese habere possunt est & aliquid quod sub effectione & aliquid quod sub actiõe cadit: diuersa vero sunt effectio atq; actus. Et paulopost sequitur. Quare & habit⁹ qui cum ratione actiuus est: diuersus est ab eo habitu qui cum ratione est effectiuus, neq; alterum ab altero cõtinetur: neq; enim effectio actus est neq; actus effectio. ¶ Secundo probatur hec conlusio ratio nibus & hoc primo sic differunt ars & prudentia penes obiecta quoniã obiectum artis est factibi le vel factio: obiectum vero prudentie est agibile seu actio, hoc est dicere secundum eustraciũ, sub verbis clariorib⁹, q; ars ẽ noticia intellectiua fina liter ordinata ad dirigendam operationem exte riorem, post cuius completionem derelinquitur opus operatum aliud ab ipsa operatione, vel est noticia directiuam operationis exterioris inquã tum talis operatio vel res operata est in se vtilis & delectabilis ad vsum humanum, non curando siue sit honesta siue non. Exemplum prime parti cule, vt hoc iudicium, ex ferucnda est dom⁹ qua drata & alta dicitur ars: exemplum secunde par ticule, vt hoc iudicium pulsanda est cithara sono delectabili: dicitur ars & non prudentia, quoniã citharysatio non est actio sed factio: licet enume

retur ab Aristotele primo libro Magnorũ moralium inter operationes quarũ non est aliud opus operatum preter operationrm. Sed prudentia dicitur versari circa agibile, hoc est dicere ꝙ prudẽtia est operatio intellectus ordinata finaliter ad dirigendam operationẽ. vt talis operatio & electio sit in se bona moraliter & honesta, siue derelinquatur post operationem opus operatum siue non. ¶ Ex isto correlarie sequitur ꝙ aliquod idẽ est agibile & factibile, & per cõsequens obiectum artis & prudẽtie diuersis tamẽ rationibus, patet correlarium de bellatrice naue que est factibilis: prout intenditur ab artifice tanq̃ firma & velox nauis, sed eadẽ nauis est agibilis pro quanto ordinatur intuitionem reipublice ad resistendũ hosti & ad eum inuadendum in bello iusto,

¶ Secundo sequitur ꝙ sola illa noticia intellectus que est directiua operationis in finẽ vltimum, actualiter vel virtualiter spectat ad prudẽtiam in absoluto & proprio modo loquẽdi. Alie vero noticie directiue spectant ad prudentiã secũdum quid & impropr ie sumptã, vt cõmuniter dicimus iste est prudens domificator. Aliud est discrimen inter artem & prudentiam quoniã prudentia est directiua artis & ars prudentia indiget non autem econuerso sicut dicit philosophus capitulo quinto sexti Ethicoꝝ inquiens. At vero artis quedam est virtus, prudentie vero non est ars.

Ars vero est circa bonum vtile quo contingit bene & male vti, nõ contingit male vti prudentia quoniã virtutibus nemo male vtitur formaliter supple & elicitiue vt claret per philosophũ quinto Ethicorꝝ. ¶ Tertio differunt ars & prudentia penes voluntarium, quoniã dicit philosophus in sexto Ethicorꝝ ꝙ peccans in opere artis nõvolẽs deterior, est q̃ peccans volens. E conuerso est i opere prudentie. ex omnibus his habetur responsio primi dubii et questionis mote.

Pro solutione secũdi dubii vbi inquiritur qualiter differt prudentia a scientia sapientia, & intellectu. Notãdum est ꝙ iste terminus scientia capitur dupliciter. Vno modo generaliter ꝓ omni iudicio vero & firmo vel habitu genito ex tali iudicio: & hoc modo capiendo. Omnis prudẽtia est scientia. Alio modo capitur ly sciẽtia proprie & specialiter, & hoc modo solum iudiciũ speculatiuum alicuius cõclusionis necessarie acquisitum per demonstrationem, vel habitus genitus ex tali iudicio dicitur scientia & assensus vel habitus premissarum applicatarum in demõstratione dicitur proprie loquendo intellectus: capiendo ly intellectus pro virtute intellectuali. Sed sapiẽtia prout est virtus intellectualis. Est iudiciũ vel habitus simplex circa ꝑmissas & cõclusionem, quoniã nõ est cõgeries pluriũ assensuum vel habituũ quorum vnus est intellectus & alter scientia, ꝓbatur sic quia dato opposito nõ essent quinq; habitus

veridici. Et virtutes intellectuales realiter distin cte, quod est contra Aristotelē & morales philosophos in sexto libro ethicorꝝ. ¶ His prenotatis Respōdetur ad formā secundi dubii per duas cōclusiōnes. Prior conclusio est. Scientia sapientia intellectus & prudētia: non distinguntur realiter adinuicē terminis capitis generaliter ꝓbatur hęc conclusio: quoniā assensus huius nullū malum est faciendū, vel hu9. Omne honestū est prosequendum est prudentia vt notum est: & etiam scientia & intellectus capiendo terminos generaliter.

¶ Secunda conclusio. Prudentia differt a ceteris virtutib9 intellectualib9 capiēdo terminos ꝓprie & spāliter probatur hęc conclusio quoniā omnis prudētia est noticia practica & directiua operis, & omnis sciētia, intellect9 & sapientia (terminis proprie capitis.) Est iudiciū speculatiuū vel rumvel habitus genitus ex tali iudicio. ex isto correlarie sequit̄ ꝙ ipsa moralis philosophia postq̄ est scientia practica & finis eius est operari, non dicit̄ proprie loquēdo sciētia (distinguēdo scientiā cōtra prudētiā) sed citi9 debet dici prudentia.

¶ Sed quereret aliquis an sapientia sit nobilior & ꝑstantior virtus intellectualis q̄ prudentia (terminis captis specialiter). Respondetur breuiter/ꝙ sic, quoniā sapiētia etiā humanit9 acquisita est circa deum & eius effectus & circa intelligentias, & motus orbium celestiū. Prudentia ve

ro est circa homines:& eorum actus,ergo sapien tia est melior & prestantior prudentia hanc ra= tionem ponit Aristoteles sexto ethicorum. Et i fine magnorum moralium dicit Aristoteles prudētiam se habere ad sapientiam sicut procurator i domo ad dominū,quoniā omnia disponit & preparat domini gratia,vt dominus a necessariis absolu= tus posset operari sibi cōgruentia:sic enim prudē tia tanq̄ ministra parat locum sapiētie, & i ꝓhe mio metaphisices ipse Aristoteles metaphisicā ceteris disciplinis p̄fert,dicēs necessariores quidē omnes sunt ipsa,dignior vero nulla,Et capitur sa pientia in proposito nō pro quacunq; noticia cir ca premissas & cōclusionem sed pro noticia quæ habetur circa substantias altissimas, & a sensu re motissimas.

Tertio principaliter dubitatur/quot sunt species cōtores & partes subiectiue ipsius prudē= tie. ¶ Respondetur breuiter q ipsius prudentie quinq; sunt species cōmuniores sub quibus cete= re cōtinentur sc; prudētia monastica. Economi= ca iurisconsultiua politica,& militaris. ¶ Pruden tia monastica est noticia directiua vnius homi= nis ad suū bonum particulare:secundū statum fa cultatē,etatē etiā & finē, in cūctis sibi prouidens & signanter in futuris: secundum consilium Ari stotelis in libro de Secretis secretorum ad Alexā drum regem.Cogita de futuris & accidentibus ca sibus:quoniam nescis quid futura dies paritura sit.

¶ Prudentia economica est noticia directiua hominis ad regimē alicuius domus & familie, in cūctis sibi prouidens pro trāsquilla conuersatione cohabitantium: vbi maxime requiritur capitis diligentia. Nam teste Aristotele primo economicorum impossibile est domini nō diligētis vicarios fore diligentes. Prudentia iuriscōsultiua est noticia directiua principis ad regimen sui populi coarcendo vel premiando, hostes propellendo, cū legum debita institutione vel institutarū corroboratione pro pacifica subditorum cōuersatione qua mediāte suum quisqȝ finem attingere valeret ¶ Ex isto patet quid requiritur & ordinatur ad monasticā prudentiā principis sunt hęc tria precipue, scȝ deum timere. populo satisfacere, reipublice prouidere, & vnicuiqȝ quod suum est tribuere. de primo quidē dicit Aristoteles libro de Regimine principum. Solent homines regē reuereri & timere quādo ipsum vidēt deum reuereri atqȝ timere. ¶ Prudētia autem politica est noticia directiua hominis ad cōuiuendum hominibus secundum humanas conditiones, in cibo potu recreationibus & huiusmodi. Est enim homo teste Aristotele animal polliticum atqȝ ciuile, quare si non nulli ab humana conuersatione seipsos sequestrēt, vt vult Aristoteles politicorꝫ primo. Tales sūt vt dii aut sicut bestie vel bonis fortune priuati. ¶ Prudentia militaris est noticia directiua hominis ad bellicum regimē: pro tuitione com-

munis boni in repetendo iure vel propulsanda iniuria, cuiusmodi fuit inuentio illa ipsius Aristo telis ad Alexādrum magnum, circa regimē belli: vnitatem principis cōstituentis, descēdendo per denarium numerū, sub quo scilicet principe decē preceptores, sub quolibet preceptore decem vica rii: sub quolibet vicario decem ductores, sub quo= libet ductore decem decani sub quolibet decano decem pugnatores. Et sic habētur centum milia pugnatorum, bene ordinatorum. Si autem querā tur decem milia pugnatorum vocetur preceptor vnus quē sequentur vicarii decem & quēlibet vica rium decem ductores, & quēlibet ductorem decē decani: & quēlibet decanum decem pugnatores, & habetur numerus pugnatorum quesitus. Si au tem querantur mille pugnatores vocetur vicari⁹ vnus: quē sequentur decem ductores: & quēlibet ductorem decem decani & quemlibet decanum decem pugnatores: & inuenies numerum quesi= tum. Si vero querātur centum pugnatores vocetur ductor vnus, quē sequentur decem decani: quorū quemlibet sequentur decem pugnantes & habe tur numerus. si autem querātur pugnatores decē vocetur decanus vnus & eū sequentur decem pu gnatores q̄siti. ¶ Ex dictis sequitur ꝙ vna queq; species prudentie finaliter mediate vel immedia te ordinatur ad prudentiam monasticā. Et notā= dum est ꝙ a tulio secundo Rethoricoꝝ assignā= tur tres partes prudentie, scilicet memoria, intelli

gentia,& prudentia. Hoc est illa tria cōferunt ad prudenter iudicandum: sic q ex preteritis & presentib⁹ occultatus bene iudicat de futuris humanis operationibus: iuxta sententiam senece libro de quattuor virtutibus, cogita preterita presentia ordina & futura prouide. Est igitur memoria preteritorum/intelligentia presentium, & prouidentia futurorum.

¶ Quarto principaliter dubitatur quomodo intelligitur illud cōmune dictum doctorum q prudentia dicitur esse singularium, Respondetur per duas cōclusiōes, Prior est/hec/aliqua prudentia est vniuersalium. Patet de assensu huius/ nullum malum est faciendū vel huius, omne honestum est prosequendū que dicitur prudentia, vt patet per omnes cōditiones ad prudentiam requisitas: & etiā per eius diffinitionem: hoc idem vult Aristoteles sexto ethicorum capite septimo dicens. Neq prudentia est solum vniuersalium sed oportet & singularia cognoscere. ¶ Correlarie sequitur q aliquis idem actus numero: & habit⁹ potest esse scientia moralis: & prudētia/q̄uis alia ratione dicatur moralis philosophia: & alia ratione prudentia: correlarium de se patet de assensu vel habitu huius propositionis. Omne honestum est prosequendum.

¶ Secunda conclusio prudentia est magis singularium q̄ vniuersaliū hoc est magis relucet

prudētia circa singularia q̄ vniuersalia, probatur hec cōclusio quoniā ars & virtus sunt circa difficile secūdo ethicorum ergo vbi est maior difficultas & vtilitas in recte iudicādo, ibi prudentia magis relucet: sed hoc cōtingit circa singularia/ quia in illis aberrare est facile & difficile verum attingere: istud manifeste patet de medicis qui ante experientiā habitā in singularibus esto q vniuersalia scientie caleant cimiteria replent, idem est de medico anime qui est ipse vir prudens.

¶ Ex isto patet qualiter prudentia est magis circa singularia, & particulares circunstantias agendorum q̄ circa vniuersalia, & licet iuxta sententiā Aristotelis secundo ethicorum: sermones vniuersales sunt valde certi, minus vtiles tamen sunt q̄ sermones particulares. Certum enim est valde q vnicuiq3 ius suum est attribuēdum: sed vbi, & quādo & quo medio/ in quo foro & qb9 aliis modis sit vnicuiq3 ius suum attribuendum non est vsquequaq3 certum & penes has quidem circunstantias sepe veniunt moderanda statuta parum: iuxta illud quod habetur distinctione vigesima quarta capitulo sciendum est. vbi in hac forma dicit. Sciendū est q pleraq3 capitula: ex causa persone loco & tēpore tradita sunt. Quorū modi quia medulit9 nō indagātur. Nōnulli i errores labirintū intruncādo impingunt, qui pri9 dānant q̄ intelligant/ ante inculpāt q̄ lecta inquirēdo requirāt. et

capitulo regule. Regule sanctorum patrū pro loco tempore & negocio instante necessitate tradite sunt Quare vt capitulo sequente habetur: tales regule pro diuersitate locorum, temporū/& personarum sunt intelligende/& ita prudentia considerat agenda pro causa/persona/loco/tempore/qualitate/quantitate/& euentu.

Ex omnibus dictis sequitur vnum correlarium. Prudentia nō est formaliter virtus/qm̄ prudentia nō est actus voluntatis/sed ipsius intellectus. est tamē directiua virtutis. qm̄ vnicuiq; actui bono correspondet sua propria prudentia regulatiua ipsius Quare nō omniū virtutum est vna & eadem prudentia. sed tot sunt particulares prudētie quot virtutes, ideo multo sūt plures species prudentie q̄ ille assignate/sed ille quinq; preassignate in tercio dubio sunt cōmuniores & omnes alias prudentias sub se continentes.

Ponitur eniʒ ipsius prudentie vna proprietas pulcherrima que est hec: in omni materia virtutis prudentia docet inuenire mediuʒ circa quod et qualiter sit operandum virtuose. Et quia om̄is virtus consistit in medio inter superhabundantiā et defectum. ¶ Ideo notandum est q; duplex est superhabundantia scilicet ipsius materie, et circūstantie male. Est etiam duplex defectus scilicet ipsius materie et circunstātie debite in esse, et in medio inter hec duo dicitur consistere virtus, p quo

notandum est q̄ virtutem consistere in medio est esse conformem recte rationi dictanti inter superhabundantiam et defectum in tali materia. cum talibus circunstantiis esse agendum. Quare medietas ipsius virtutis non est aliud nisi conformitas ipsius actus ad rectam rationem dictantem inter superhabundantiam et defectum, in tali materia esse cum talibus circunstantiis agendum.

Notandū est insuper q̄ circa eandem materiam virtutis non est idem medium apud omnes ymo mensura materie: que est vni superhabundātia est defectus alteri, Alteri quidem medium, exempli gratia certa mensura cibi & potus esset superhabundantia vni, & defectus alteri propter cōplexionum diuersitatem. Quare vnicuiq̧ homini inesse debet regula propria virtutis. inueniens medium inter superhabundantiam & defectum secundum circunstantias persone. ideo recte dicit philosophus secundo ethicorum. Virtus consistit in medio quo ad nos ratione proportionato,

Sed dubium occurrit in presentiaruꝫ an sit vniuersaliter verum q̄ cuiuslibet virtutis sint duo extrema vitiosa. scilicet superhabundantia: & defectus: Et arguitur q̄ non. quoniam virtutis theologice nō sunt duo extrēa vitiosa, cuiusmodi sūt fides/spes/ & charitas. Ptꝫ sic qm̄ nō cōtigit in tali materia superhabundare.

¶ Respondetur q licet aliqui dicant q in istis virtutibus theologicis non esse reperibile extremum superhabundantie. ¶ Est tamen oppositum multo probabilius,&t verum, quod ostendo sic, ¶ Primo inueniuntur quidam leues nimis ad credendum credentes temerarie quecunq; eis dicuntur,Sunt etiam alii tardi corde ad credendum ergo in illis est superhabundantia: & in istis defectus credendi. & per consequens ipsius fidei sunt duo extrema vitiosa, scilicet superhabundantia & defectus.

¶ Secundo reperiuntur quedã sperantes plura& maiora eẽ adeo cõferẽda q̃ meruerint,& ita temerarie sperant q nihil faciunt bene agere. Quinetiam alii minus sperantes aut omnino desperantes: ergo ipsius spei sunt etiam duo extrema vitiosa, scilicet superhabundantia & defectus.

¶ Tertio videtur etiam q ipsius charitatis sunt duo extrema ostendo sic. Prenotando q feruens atq; vehemeus amor natus est extasim facere. & taliter animam in obiectum eius capere, q cessat anima ab aliis operationibus eius: ita q minuatur vel remoueam omnino operationes naturales ipsius corporis videlicet digestio/ nutritio/& similes. Quare nocumentum grande patitur corpus. quapropter conducerit & conueniens esset nõ eẽ eliciẽdũ tã feruẽtẽ atq; vehemẽtẽ amorẽ dei ex quo tale nocumẽtũ seq̃ret: Et ita tã ferues atq; vehemẽs amor ipsius dei esset illicitus, nõ quidẽ

quãtum est ex se: sed propter corporis conditionẽ & circunstantiam occurrentem: ad cuius corporis esse & conseruare magis obligatꝰ viator q̃ obligetur ad tam feruentem & intensum amorem ipsius dei. Et per consequens circa talem materiã charitatis contingit superhabundare, hoc est reperire extremum vitiosum in superhabundando. Et quod deficere contingat dubitat nullus. ergo ipsius charitatis sunt duo extrema vitiosa & ita relinquitur ꝙ in qualibet materia virtutum reperiri possunt duo extrema vitiosa. Et ipsum medium virtuosum, & illa inuenire & distiguere docet ipsa prudentia: ergo ipsius prudentie est vna proprietas pulcherrima. et hęc de ipsa prudentia prima virtute cardinali breuitatis causa dicta sufficiant.

¶ De fortitudine.

SVperius de prudentia prima virtute cardinali in ordine loquuti sumus, nũc vero de vna alia virtute cardinali scilicet fortitudine habendus est sermo, circa quam materiam mouetur primo talis questio & dubitatio. An fortitudo sit vna virtꝰ specialis & cardinalis. Pro huius q̃stionis dissolutione p̃suppo-

ſito ex antedictis de numero virtutum cardina-
lium & quare aliqua virtus dicitur cardinalis.

Notandum venit in propoſito q̄ iſte ter-
minus fortitudo capitur tripliciter. Primo mō ca-
pitur fortitudo pro corporis robore, & ſic vulgus
vocabulo vtitur. hoc modo capiendo non dicitur
virtus neq̨ vitium. quia conſiſtit ſolum in neruo-
rum & oſſium robore quod natura dedit. Robur
enim eſt potentia mouendi alteruȝ vt vult Ariſto
teles primo rethorice. Secūdo modo accipitur for
titudo prout eſt virtus & firmitas animi circa qd
cunq̨ bonum difficultatem habens. cuius actꝰ in-
terior eſt velle operare talia conformiter ad rectā
rationem non obſtantibus difficultatibus & peri
culis retrahentibus ad oppoſituȝ, & hoc modo ca
piendo licet ſit virtus non eſt tamen ſpecialis vir
tus, quoniam circa quamlibet materiam virtutis
vbi occurrit difficultas, contingit hec virtus, quo-
niam ex philoſopho ſecundo ethicorum ad vir-
tutem requiritur firmiter & immobiliter operari.
Tertio modo capitur fortitudo magis ſpecialiter
prout ē virtus circa pericula mortis in bello. & hoc
ſiue ſit contra pugnatio ſiue non. & hoc modo ca
pit Ariſtoteles tertio ethicorum. Et eius proprius
actus eſt velle inire talia mortis pericula in bello
conformiter ad rectam rationem: aggrediēdo vel
fugiendo. aut cunctando, vel inferendo ictus, vel
eos ſuſtinendo ad propulſandam iniuriā. vel ius
repetendum. Et eius quidem extrema circa terri-

bilia intimiditas & timiditas siue timor,circa vero ausibilia sunt audacia:coardia.

Seundo notādū est q̄ fortitudo hoc tertio modo accepta est duplex sc3 fortitudo vera & fortitudo similitudiaria seu sophistica. Fortitudo vera ē habitus inclinās ad timēdū & audendū sicut oportet,quoniam ait Aristoteles tertio ethicorū capite primo. Fortis itaq3 est impauid9 vt homo & huiusmodi res formidolosas, vt dictat recta ratio tolerabit honestatis causa.

¶ Sed ipsius fortitudinis sophistice Aristoteles in octauo capite tertii ethicorum, ponit quinq3 species. ¶ Prima est fortitudo ciuilis siue politica,& ē quādo quis aggreditur vel expectat pericula in bello:& hoc precise motus propter timorem increpationū & opprobrium vel penarū quę in politia timidis statuuntur vel propter honores qui pro fortiter facientibus ordinantur.

¶ Secunda species fortitudinis sophistice est fortitudo militaris & est cum quis est expertus ī bello & nouit multos an fractus vanos in quibus prima facie expectat:qui tamen cum periculum crescere videant fugit talis in principio a multis iudicaretur fortis ¶ Tertia species est cum quis per passiones & impulsum,vt puta ire & huiusmodi se obiectat. ¶ Quarta species est cum quis sepiusscule euasit pericula belli bone spei efficitur existiat adhuc euadere,sed periculo insolito crescen

te fugit,talis a principio iudicatur vere fortis qui tamen nō est. ¶ Quinta & vltima species est cū quis ignorat magnitudinem periculorꝫ in bello & existimat magna de se:& parum de hoste q̄ ad modum cōtingit hominibus vnius patrie nichil facere hostes vicinos & grande facere suos:propter odiū et amorem. Talis in acie belli cōtra hostem est feruidus in principio,tandem velocitate pedum sue saluti consulit.

Istis prenotatis ponitur vna conclusio responsiua ad questionē quę est hæc. Fortitudo tertio modo accepta est virtus specialis & cardinalis.Probatur cōclusio,quoniam habet specialem finē distinctum a materia & fine aliarū virtutum que nō sunt fortitudines,similiter habet duo extrema specialia vitiosa inter quę mediat,ergo est specialis virtus. Antecedēs patet quia habet excessum i expectādo & defectū inexpectādo igitur.

Contra istam cōclusionem arguitur ex ea sequitur ꝙ debilis & veteranus miles posset esse ita fortis fortitudine morali & cardinali sicut quicūqꝫ robustissimus, consequēs apparet falsum & contra cōmunē modum loquēdi: probatur tamē cōsequētia:quia talis potest habere habitum ita intensum fortitudinis : & ex actibus fortitudinis tertio modo genitum igitur. ¶ Ad hoc argumentum respondetur concedendo illatum,nichilominus tamē robustus in corpore licet minꝰ fortis

fortitudine morali, est vtilior in bello quo ad defensionē reipublice & maiora stipēdia humana recipit q̄ debilis in corpore & fortis fortitudine morali.

¶ Secundo arguitur auctoritate Gregorii septimo moralium exponentis illud Iob sexto q̄ est etiam fortitudo mea vbi ait Gregorius. Fortitudo est carnem vincere: propriis voluptatib⁹ cōtra ire/ delectationem vite presentis extinguere. Huius mundi aspera pro eternis premiis amare prosperitatis blādimenta contēnere &c. Sed hic in numerātur actus ad temperantiam pertinētes, & aliqui ad fortitudinem pertinētes, ergo fortitudo non est specialis virtus ab aliis distincta.

¶ Ad hoc secundū argumentum respondetur q̄ beatus Gregorius super passum allegatum, capit istum terminū fortitudo secundo modo & nō tertio modo prout est specialis virtus.

Tertio arguitur actus quo sortes vult substinere mortem priusq̄ desinat iuste agere seu ꝓpter obseruationē iusticie, est fortitudo tertio mō accepta, vt notū est: & tamē nō est virt⁹ specialis igit̄, ꝓbatur minor qm̄ talis actus est act⁹ virtutis iusticie: cū habeat iusticiam ꝓ fine ergo nō est fortitudo. Rn̄r negādo vltimā cōsequentiā: imo idē actus simplex ī essendo spectat simul ad duas virtutes cardinales: vt ptȝ de aliquo actu hn̄te cq̄ pricipaliter duas virtutes cardiales, ꝓ fine. sȝ dices

mechās: ꝑpter pecuniā eſt auarꝰ & nō luxurioſus vt vult Ariſtoteles quinto ethicoꝝ: & hoc nō niſi quia auaritia eſt finis: ergo actus ſemper venit denominādus a fine & per conſequēs actus aſſumptus in argumēto eſt actus iuſticie & nō fortitudinis. ¶ Reſpōdetur ꝙ Ariſtoteles vult ſolum habere ꝙ actus eſt magis denominādus a fine principaliter intento, q̃ a medio: q̃admodū dilectio qua diligo ſortem propter deū, non eſt fruitio ſolum: nec a ſolo fine denominatur: ſed a fine & medio: licet pricipaliꝰ ſpectet ad fruitionē q̃ ad vſū. Quarto arguitur ſi ſola fortitudo tertio modo accepta pro fortitudine bellica eſſet virtus cardinalis: ſequeretur ꝙ magnanimitas/patientia/& humilitas nō eſſent ſpecies fortitudinis cardinalis, & ſic multi boni heremite & religioſi viuētes carerent vna virtute cardinali ſecundū omnes ſuas ſpecies, & ſequela probatur: quoniā non omnis magnanimitas vel patientia vel humilitas eſt circa pericula mortis in bello. Reſpōdetur concedendo, ꝙ magnanimitas patientia & humilitas, non eſt vera ſpecies fortitudinis virtutis cardinalis, ſed eſt bene pars potētialis eius. Pars potentialis apud antiquos morales philoſophos vocatur virtus magnā vicinitatem cum alia habens, nō tātum extenſa ſicut alia modo quia magnanimitas eſt circa arduas adminiſtrationes, & fortitudo eſt circa pericula mortis in bello: quod eſt arduiſſimum: ideo habent ad inuicem aliquā

conuenientiam.

Sed dubitatur quæ ſunt vere ſpecies ipſius fortitudinis virtutis cardinalis tertio modo accepte: & inter illas que eſt excellentior & potior.

¶ Reſpõdetur q hii ſex ſcilicet fugere: expectare/ ſubſiſtere/ cunctari/ inferre/ aggredi quando oportet &c. ſunt & dicuntur vere ſpecies fortitudinis virtutis cardinalis, & hoc cõmuniores ſub quibus omnes alie ſpecies continentur.

Expectare eſt aduerſarium inuadentẽ fortiter excipere. Subſtinere eſt pati dolores ſic ſcz q propter eos nõ deſertare acies. Cũctari eſt hoſtẽ potentẽ prudenter ſine pugna atterere, & bellũ prorogare ſicut fecit maximus fabius de quo Vergilius ſexto eneidos loquitur. Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. Inferre eſt ferire ſiue ĩ expectante ſiue in inciliante: ſed ſignificationes iſtorum duorum vocabulorum fugere & agredi ſunt de ſe ſatis note apud omnes.

¶ Sed quo ad ſecundam partem dubii vbi inquiritur inter iſtas ſpecies fortitudinis que illarum eſt excellentior et potior virtus, ſiue loquamur de actu ſiue de habitu. Reſpondetur per propoſitiones. Suſtinere pericula mortis ĩ bello ſine cõtra pugnatione cõformiter ad rectã rationem, eſt excellẽtior & potior virt⁹ q̃ aliquis alius actus vel ſpecies fortitudinis. Probatur hec ꝓpoſitio: quoniam malum pati eſt difficilius q̃ malum al-

teri infligere,& ideo martires ita facientes dicti sunt heroice fortes, sed ille qui substinet patitur malum sine contra pugnatione igitur.

Sed diceret aliquis magis virtuosum est bene agere q̃ bene pati, patet prio ethicorꝝ primo capite:& beatius est dare q̃ accipere:sicut apostolus dicit saluatorē dixisse. Sed substinere est solū bene pati,ergo nō est excellentius q̃ inferre quod est bene et virtuose agere. Tum etiā arguit̃ illud est melius quod reipublice maiorem affert vtilitatem:sed percutere & hostem trucidare maiorem vtilitatē affert reipublice, q̃ expectare & ictus suscipere:igitur substinere: nō est virtꝰ excellentior q̃ inferre.

Ad hoc argumentum dico ꝙ ratio eadem assumpta ducitur sic in oppositum. Maioris virtutis est dare liberaliter aliquid boni q̃ illud idem recipere. Et ita per locum a contrario sensu,bene pati malū pene est melius q̃ illd̃ malū iferre sꝫ pati vulnera est suscipere malum pene, secus est de inferre inquātum huiusmodi.

Ad aliud quod tangitur in argumento nego assumptum scilicet ꝙ illud sit semper melius quod reipublice maiorem affert vtilitatem,& instatur dupliciter. Primo de multa pecunia q̄ plus vtilitatis affert reipublice q̃ probus vir,et tamen non est melior. Tum etiam occidens tyrannum

iniuste non bene agit, et tamen vtilitatem reipublice affert de per accidens. Stat ergo ꝙ percutere vel inuadere maiorem vtilitatem afferat reipublice q̃ suscipere: sed non sequitur ꝙ propterea sit melior. Secundo dico stat ꝙ sustinere, magnã et maiorem vtilitatẽ afferat reipublice q̃ inferre vt puta quando resistitur diu ipsi hosticum grauibus vulneribꝰ, tandem hostis qui inuadit fugit.

Secunda propositio fuga conformiter ad rectam rationem est actus minus principalis et excellens & minus difficilis ceteris actibus fortitudinis, et hoc habet verum vt in plurimum. Quod dixi quoniam in globo sensim, et ordinate fugere etiam relinquere & ponendo viros fortes in acie recedentium est fuga et actus multum difficilis & per consequens multum laudabilis nec est postponenda alicui inuasioni vel expectationi. Exemplum est vt refert homerus. Aiax thalemonius fugiendo in medio duarum aliarũ insequebatur nouissimus suos sicut bonus pastor et impediens animosissimos inuadere fugientem exercitum. Talis fuga in eo erat laudabilior et actus fortitudinis excellentior q̃ erat inuasio vel inferre cuiuscunq; troiani insequentis.

Tertia ꝓpõ maior & potior actus fortitudis ẽ expectare & excipe q̃ iuadere & hoc itelligo vt i plurimũ. probat͛ ille ẽ fortior q ẽ ipauidus &

imperturbatus in repentinis periculis, q̃ ille qui eſt impauidus in ante cogitatis periculis & ſilogiſmo habito ante periculorũ agreſſionẽ: ſed repente inuaſus & expectans pericula non precogitat illa, ille autem qui inuadit precõſederat & antecogitat illa pericula: & iudicat ſe potentiorem illo quẽ inuadit: & ex conſequente poſſe pericula euitare, igitur inuadere eſt minus difficile & virtuoſum q̃ expectare vel excipere.

Sed quereret aliquis incidẽtaliter an fortis dilectetur ſemper in omni ſua operatione fortitudinis. Reſpondetur breuiter ꝙ duplex delectatio. quedam corporalis quę cauſatur ex noticiis ſenſitiuis & operationis appetitus ſenſitiui, & tali modo nõ ſemper delectatur fortis. Alia eſt delectatio vel gaudium, quod cõſequitur apprehenſionem intellectus de aliquo bono fine futuro cõſequẽte ad ſuos actus bonos & ſtudioſos, & tali delectatione animalis vir fortis, vt in plurimum ſemper delectatur: & hoc claret per philoſophum tertio ethicorꝫ capite nono ĩquiẽtem. Enimuero fortitudinis finis iocundum ſemper eſſe videtur, & ita ab eminentibus doloribus ſenſum obfuſcatur, vt in certaminibus fieri ſolet, nam pugilibus finis quidem iocundus eſt: gratia cuius certant: ſed cedi moleſtum eſt. ¶ Sed circa dictos actus & ſpecies fortitudinis enumeratas duo occurrũt dubia notanda & diſcutiẽda. Primũ eſt an vir fortis qui poteſt ſe ſaluare per fugam & nõ alio mo

do magis debeat mori q̃ campum deserere. Secundũ dubium est an viri fortis sese est in aliquo casu perimere seu iterficere. ¶ Ad primũ dubium respõdetur per duas cõclusiones. Prima in aliquo casu cõtingente homo stulte & temeraríe facit expectando in bello quousq; occidatur, quando potest succurrere sue vite per fugã: hec cõclusio probatur qm̃ stat sorte reip. vtilissimum ad cuius interitũ sequitur i republica grandis iactura & clades, & cuius vita erit republice ad modum vtilis tã consilio q̃ auctoritate, & iudicat ꝑbabiliter qꝫ sua fuga: nõ sit in detrimentũ nec cladẽ residue aciei, & si in talis in illo casu effugiat male agit, quia nunq̃ in bello est subeunda mors nisi gratia alicuius maioris boni: qđ est finis illiꝰ operationis fortitudinis: vt scribitur secũdo regũ, dauidi cõsultũ est nõ itrare bellũ & multis aliis magnis regibꝰ: ne ad eoꝝ mortẽ sequantur calamitates in republica, vt rapine tã bonorum fortune q̃ ꝑbarum mulierũ homicidia, & bella ciuilia inter regni primores nõ habẽtes caput qa omne regnũ i se diuisum desolabitur. ¶ Secunda cõclusio dato qꝫ nõ ponatur anima immortalis & vita post hãc vitã adhuc vir fortis in aliquo casu expectare debet vbi etiã habet pro certo & indubitato qꝫ expectãdo occidetur: et arripiendo fugã saluabitur: hec conclusio primo ꝑbatur auctoritate philosophi tertio ethicoꝝ in materia de fortitudine. Tum etiã probatur sic, ponendo casum qꝫ

eēt aliquis vir fortis & clare fame in acie belli iu-
sti xp̄ianorū cōtra turcos vbi est vero simile si ta-
lis permaneat q̄uis occidat: victoria ad xp̄ianos
inclinabit & si auffugiat perterritus erit & peribit
totus exercitus. Tunc sic talis si superuiuat fugien
do iudicabitur ab omnibus prudentibus & indi-
gnus viuere & morieť quotidiana tristicia. ergo i
illo casu talis tenetur expectare & sic habetur se-
cūda cōclusio. Tū tertio ꝓbať cōclusio sic, q̄m ꝑ
aliquo officio mediocri hō licite & honeste abre-
uiat vitā suā licet insensibiliter in quolibet paruo
tempore, vt patet de agricola: viticola, mercatoř,
scolastico viro. & milite dormiente in armis in tē
pore calido & frigido, ergo causa potest dari in
duplo melior & maior propter quā vita est in du-
plo plꝰ abbreuiādā, & dari potest causa ita pia &
necessaria qꝫ vita eēt protinus fortune cōmittēda
Contra hanc secundam conclusionem ar-
guitur sic, Nulla acceptatio mali maioris pro vi-
tando malo minori est assumenda, quia de duo-
bus malis minus malum est eligendum tertio To
picorum. sed talis expectatio in casu secunde con
clusionis esset acceptatio maioris mali pro euitā-
do minori. quia acceptaretur perditio totalis na-
ture & virtutis pro euitanda sola perditione virtu
tis igitur. ¶ Ad hoc argumentum respondetur cō
cessa maiore negando minorem. quoniā in mor-
te illius qui sic expectat in casu secunde conclusio
nis non perditur virtus, sed excellens virtus licet

momentanea acquiritur & si auffugeret perderetur talis virtus, Multa alia argumenta possunt fieri que omitto breuitatis causa.

Ad secundum dubium motum respondet breuiter per hanc vnicam conclusionem. In nullo casu vir fortis potest se licite perimere auctoritate sua propria vel humana, hec conclusio probatur multipliciter, Primo auctoritate aristotelis tertio ethicorum capite septimo dicentis. Mortem autem sibi consistere ob fugiendam paupertatem aut amorem/aut molestum aliquod non fortis est hominis: sed potius timidi. ad illud idem est augustinus decimonono de ciuitate dei cap. quarto Inquiens. Vtrum obsecro cato ille patiētia an potius impacientia se peremit. non enim hoc fecisset nisi victoriam Cesaris impatienter tulisset: & ratione sic probatur Omnis qui occidit hominem auctoritate propria peccat contra legem nature occidendo hominem, & debet puniri pena legis positiue vel pena legis nature. sed quicunque sibi ipsi mortem infert/ est eiusmodi igitur. & quum maxime debet se diligere sequitur quod occidens se maxime in homicidio peccat. ex hac conclusione, & eius probatione correlarie sequitur quod achitophel. aiax. thalamonius. hanibal, cato vticēsis. lucretia: & cleopatra, non exercuerunt actus fortitudinis sed impatientie, & timiditatis seipsos occidentes,

Contra hanc conclusionez arguitur primo sic. Laudatur maxime apud omnes Abrahan vo⸗lens filium suum immolare, & occidere: Idem pz de Sansone (vt scribitur iudicum capitulo vigesi⸗mo sexto) & de Saule scribitur primi regum vlti⸗mo capitulo qualiter occidit seipsum ne caderet in manus incircuncisorum & esset ludibrio popu lo dei: ergo licitum est alicui in aliquo casu seipsũ interimere. ¶ Respondetur ad hoc argumentum Primo q̄ Abrahan illud non fecit auctoritate ꝓ⸗pria vel humana sed instigante & precipiẽte deo qui est auctor vite & mortis. Et ita in hoc non de liquit sz multum meruit. Idem de Sansone est di cendum. quũ deus dederit ei vigorem suum natu⸗ralez in loco in quo erat/ & multa miraculose per Sansonem operatus est, presumendum est q̄ in⸗stinctu dei domum euertit/ & Philistinorum prin cipes vna cum seipso suffocauit. Sed de Saule nõ est idẽ nec simile qm̄ scribitur primi Paralipome num capitulo decimo. Mortuus est ergo Saul pro pter iniquitates suas eo q̄ preuaricatus est mãda⸗tum domini quod preceperat & non custodierat illud. sed insuper Phytonicem consulerat nec spe rauit in domino, Sed oppositum huius tenent he brei excusantes ipsum Saulem. standum est tamẽ in primo dicto cum nostris sapientibus modernis ¶ Sed argueret aliquis sic. Saul erat interduz val de bonus vt patet primi regum nono capite: ergo

non est verisimile q deus eum in fine sic dereliqueret damnari/& in peccato mori. ¶ Tum etiã arguitur raisaias commendatur in scriptura sacra & tamen se interemit (vt scribitur secundi machabeorum decimo quarto capite) ¶ Ad primũ istorum negatur consequentia quoniã Iudas qui erat circuncisus erat olim totus bonus & similiter multi alii qui male decesserunt, sed an Saul post letalia vulnera inflicta sibi: penituit me latet, sed semper ille actus quo se occidit erat malꝰ. ¶ Ad aliũ quod tangitur dico q licet raisaias cõmendetur non tamen commendatur in hoc facto quo se occidit: sicut castitas lucretie & eius bonitas commẽdatur. homicidium autem quo se occidit vitupatᷣ.

¶ Secundo arguitur cõtra cõclusionẽ positã legitur de aliquibus probis mulieribus que cucurrerunt in aquas & se submerserũt, ne a Barbaris corrũperentur, ergo licitum est pro castitate seruanda se occidere. Respondetur q iste mulieres poterant habere ignorantiam inuincibilem de profũditate aque erronee putantes q non illic submergerentur. quia non dabatur eis tempus sufficiens ad deliberandũ, & si sic nõ peccarunt. alias male egissent sine precepto vel instinctu diuino.

Tertio arguitur Plato est dominus membrorum suorum & similiter corporis eius. Sed quilibet potest vti re sua ad libitum suum: ergo Plato potest se spoliare vno mẽbro. vel alio: vel toto

corpore. ¶ Tum etiam arguitur si vnum mēbrū hominis esset putridum & alterius corruptiuum. potest illud abscindere. ergo eodem modo quando illud membrum esset sanum. Quia infirm⁹ nō habet maius dominium in corpus suum q̃ sanus. Ad tertium argumentum respondetur negando minorem quoniam male ageret/qui suam propriam domum combureret ad nutum, vel triticum proiiceret in sequanā, & potest pro illo grauiter puniri. quia priuat rempublicam ab vna parte bonorum eius. Tota enim respublica habet in illo interesse. Simili modo homo peccaret in rempublicam qui se occidet. quia tolleret vnum membrum reipublice sine suo consensu. ¶ Ad aliud quod tangitur concedo q̄ aliquis pro vita saluanda posset membrum putridum secundum rectam rationem abscindere quoniam illud est corruptiuum totius secus est de membro sano vel de toto corpore.

¶ Quarto arguitur. sit Plato lector public⁹ & cōmittat vnum crimen ratione cuius erit reus mortis: Tunc poterit ei precipi per sentētiam iudicis, q̄ se occidat. Tunc arguitur sic exercendo officiū iusticie in se non peccat & tamen occidit se igitur Respōdetur breuiter dato q̄ quis dānat⁹ ad mortē se occidat authoritate iudicis, non habetur q̄ aliquis licite authoritate ꝓpria posset se occidere Sed questio est an iudex licite potest sic ferre sententiam q̄ aliquis reus mortis, & iudicatus talis

possset se occidere. Et breuiter credo qꝫ non potest licite sic ferre sententiam.

Dicto de actibus & speciebus fortitudinis: restat inquirere de vitiis eius oppositis quot sunt & inter illa quod illorum est peius alio. Pro quo aduertendum est, qꝫ circa ausibilia hõ põt nimis excessiue aggredi, & illud vitium dicitur audacia Potest etiam homo deficere iu aggrediendo vbi oportet vel minus q̃ oportet, & il lud vitium vocatur cohardia. & extremũ in deficiendo: Sed circa terribilia in materia fortitudinis/potest hõ nõ expectare quãdo oportet vel minꝰ expectare q̃ oportet. & tunc vocatur timidus & eius vitium timiditas. Si vero plus expectet. vel expectet quando nõ oportet ipsa terribilia. tũc dicitur intimidꝰ & eiꝰ vitium intimiditas Sepissie tñ apud communiter loquentes hec duo vocabula pro eodem reputantur audacia & intimiditas, & similiter hec duo timiditas & cohardia, licet sapiẽtes philosophi ponant inter illa vocabula differentiam.

Sed diceret aliquis timiditas est passio consequens ipsum vitium: ergo non est vitiuꝫ magis q̃ dolor vel tristicia consequens actum. Respondetur qꝫ apud cõmuniter loquentes & similiter apd ipsum Aristotelem: extrema vitiosa fortitudinis nominantur sub nominibus passionum consequẽtiũ tales actus vitiosos. & hoc iõ qa tales passiones

ſunt aliquantulū magis note, & per eas facile de
prehenduntur vitia ad que conſequuntur. licet de
ſe non ſunt vitia.

Hoc notato reſpondetur ad queſitum per
hanc concluſionē. ꝙ inter vitia fortitudinis enu
merata vel que ſolet enumerari, timor vel cohar
dia eſt peius vitium q̄ intimiditas vel audacia ꝓ
batur concluſio. quoniā aud acia vel intimiditas
eſt ſimilior vere fortitudini. q̄ timor & cohardia
ergo eſt minus mala. Inſuper timor eſt apud om
nes magis exprobrabilis & arguit animos eſſe de
generes. igitur eſt peius vitium.

¶ Sed contra hoc arguitur ſic. Aliqui ſunt
naturaliter timidi vel ab influentia celi vel ab ꝓ
genitoribus ſic ꝙ in bello durare non poſſunt. er
go fuga vel timor in talibus non imputatur eis &
per conſequens non eſſet vitium. ¶ Reſpondetur
conced endo ꝙ aliqui nati ſunt animoſiores aliis
ſicut vnus eſt natus alio ingenioſior vel cautior. ſ;
q̄tumcunqꝫ ſit quis natus miticuloſ⁹ poteſt recte
iudicare ꝙ ſtandum eſt vbi ratio dictat: & volun
tas eius poteſt velle cōformiter ad illud dictamē.
¶ Secundo arguitur. Sortes poteſt non pugnare
vbi pugnandum eſt. & pro tunc nullum actum eli
cere. ſed pure omiſſiue ſe habere. Tunc in illo ca
ſu Sortes erit miticuloſus. & in extremo indeficiē
do fortitudinis & tamen nullum habet actum vi
tioſum. ergo oportet dare timorem paſſionē qui

est vitium indeficiendo, Respõdetur concedendo antecedens & negando consequentiam, quoniam talis in casu argumẽti pure omissiue omittit actũ fortitudinis,& per hoc peccat in deficiendo: etiã dato quod nullam passionem timorem haberet: idẽ est in illiberalitate vbi ratio dictat dandum esse: & si nullum actum eliciat de dãdo adhuc dicitur illiberalis. Relinquitur ergo quod extremum alicuius virtutis in deficiendo potest esse aliquando pura omissio actus fortitudinis: vel alterius virtutis quẽ actum homo tenetur pro tunc habere.

Consequenter queritur circa materiam fortitudinis. An omne martiriũ sit actus vel habitus seu species fortitudinis virtutis cardinalis. ¶ Pro solutione huius questionis notandum venit i quo cõsistit ratio martirii, seu quid requiritur ad martirium. Ideo notãdum est primo quod iste terminus martirium potest capi dupliciter. Vno modo maxime extenso termino & generaliter. Tũc sic diffinitur. Martirium est violente mortis perpessione virtutis opus deseratur vel turpe perpetretur: recta ratione dictante hoc nõ esse deserendũ vel istud perpetrãdum pro vitanda morte, siue sit ibi cõtra pugnatio siue non: & hoc modo strenui milites pro defensiõe reipublice vel pro fide christi vel pro aliquo alio bono honesto morientes in bello dicuntur martires, hoc modo in vsu communi loquendi martirum non vtimur termino, licet

hoc modo capiēdo quodlibet martirium sit vera virtus & fortitudo cardinalis. Secūdo modo accipitur martiriū specialiter tunc sic diffinitur. Martirium est violente mortis perpessio sine contra pugnatione, pro fide christi ne virtutis opus deseratur vel turpe perpetretur recta ratione dictāte hoc nō esse deserendum vel istud perpetrandū pro vitanda morte ostensa vel oblata. ¶ Correlarie sequitur q̄ omne martirium est virtus heroica, eo q̄ actus eius propter difficultatem obiecti & etiam propter circunstātiam fortune est supra communem hominum facultatem. Secundo sequitur q̄ innocentes ab herode occisi sub vmbra christi, nōn erant veri martires postq̄ non erant compotes vsus rationis & nō habebant opus virtutis in se. Sed si vis eos includere & vocare martires/adiungēda est predicte acceptioni ista particula vel occisus loco, & specie christi.

¶ Tertio sequitur q̄ licet volitio efficax & formaliter imperatiua perpessionis mortis pro fide christi ad quā tamen non sequitur mors ꝓpter impedimentum superueniens ex parte tyrāni: dicitur bene actus meritorius premii martirii: non est tamen verum martirium: nec habens talem actum venerabitur ab ecclesia tanq̄ martir: nisi realiter sequuta fuerit mors: quoniā non nisi exteriora deducuntur in forū ecclesie: istud est de mente beati Thome & multorum aliorum anti-

quorum doctorum, licet martinus de magistris sit opiniōis opposite & multas rationes fortissimas adducit quas relinquo breuitatis causa.

Sed diceret aliquis multi fuerunt martires qui non perpessi sunt violentā mortem, vt patet p diuum Hieronymū in sermone de assumptione diue virginis dicentem. Recte dixerim q̄ dei genitrix virgo & martir fuit: sic erat de beato Martino/& quod amplius est de Iohāne euangelista qui dolium olei feruentis euasit. Et de tribus pueris qui ab igne babilonis euaserunt Danielis tertio, & de multis talibus similibus. ¶ Respōdetur q̄ ille metaphorice loquendo dicebantur martires, eo q̄ parum defuit q̄ non passi sunt mortem violentam pro opere virtutis & fide christi &c. Sed proprie & specialiter loquendo vt capimus in proposito non sunt dicendi martires.

Sed dices ergo sequitur q̄ nullus dum viuit posset dici certitudinaliter martir. ¶ Respondetur concedendo illatum. Et q̄ hęc propositio iste est martir, quo ad veritatem dependet ab vno de futuro: videlicet ab ista iste morief in gratia morte violenta pro fide christi. Et istud est satis apparens, quoniam alias staret martirem damnari in inferno quod est inconueniens: & cōtra doctores dicentes, q̄ iniuriam facit martiri qui orat p martire: vt patet extra de celebratione missarum capitulo cum marte: vbi prius orabatur pro Sancto

Leone/ecclesia mutauit modum: vt sanctus Leo pro nobis intercederet. Et summus pontifex dicit illud esse ex sacris litteris.

Sed dubitaret aliquis circa istam materiam martirii quando quis tenetur pati martirium et pro quo. ¶ Ad hoc dubium respondetur per aliquas propositiones seu regulas. ¶ Prima est quod pro qualibet veritate catholica certitudinaliter scita tali proposita assentire ei tanquam non catholicae & econuerso quelibet non catholica propositio cognita talis & proposita assentire ei tanquam catholice, tenetur quilibet homo martirium subire, probatur hec propositio quoniam scribitur Mathei decimo. Omnis qui me cōfitebitur coram hominibus confitebor & ego eum corā patre meo qui in celis est, qui autem negauerit me corā hominibus negabo & eū corā patre meo qui in celis est, Et istud intelligitur de illo qui negat non solum verbo sed facto per taciturnitatē tacendo scilicet quādo deberet cōfiteri verbum dei. Ad illud idem est Paulus ad romanos capite decimo, dicens, corde creditur ad iusticiam ore fit cōfessio ad salutē, & pharisei bene volebant quod Petrus & Iohānes crederent dūmodo non dogmatisarent resurrectionem: vt scribitur actuū quarto. Et propterea apparet quod Nichodemus & Ioseph abarimathia peccabant: vt scribitur Iohānis duodecimo. Etiā multi ex principibus crediderunt in eum, sed propter phariseos nō confitebantur illud: ne de sina

goga eiicerentur, dilexerunt enim gloriā hominum magis q̄ gloriā dei. Et ꝙ beatus Petrus cum christum negauit & iurauit se nō nouisse hominē peccauerit mortaliter nō est dubium, quoniā mēdacium in fide est peccatum maximum secundū Augustinū. Secunda propositio nō solum ꝙ fide toleranda est mors: sed etiam pro quolibet opere virtutis quo pretermisso catholicus pro tunc incurreret dei inimicitiam hoc est peccatum: licet martirium subire: cuiusmodi esset opus cadēs sub precepto pro tunc: vel etiā sub consilio, tante tamen bonitatis ꝙ ipso pretermisso eminet periculum future trāsgressionis diuini mandati sicut esset ingressus religionis casu quo desperaret beneviuere in seculo: vel conseruatio castitatis & similia, probatur hęc propositio. Exemplo Iohannis baptiste, qui pro predicatione erga herodem ꝙ non licet tibi habere vxorem fratris tui gladio occubuit. Et agnes pro castitate. et Thomas cantuariensis pro conseruandis libertatibus ecclesie gladio occubuerunt.

Sed dices occurrente tali circunstantia sicuti occurrebat in illis personis prenominatis: secundum legē citius tenebātur mortem pati q̄ turpe committere vel ab illo bono opere desistere: ergo nō datur casus in quo quispiam propter aliquid quod est solum de consilio teneatur pati martirium. Respondetur, negando consequentiā, quo-

niam legitur de multis martiribus: qui se iniece-
runt coram tyrãno quando non tenebãtur: tamé
in hoc maxime laudãtur: vt patet de vndecim mi
libus virginum, & de multis aliis occisis vna cum
sancto Dionysio.

Sed diceret aliquis preceptũ est de cõseruatione vite & solum est consiliũ de patiendo martirio, modo nunq̃ preceptum cedit consilio igit. ❡ Respondetur. Argumentum ymaginatur falsum videlicet ꝙ preceptum & cõsilium ad inuicé repugnent. Consilium est de meliori bono & ad preceptum homo tenetur: modo nunq̃ precepti oppositũ est bonum. ❡ Si dicas, omnibus modis licitis homo tenetur seruare suam vitam: sed licitum est pro tunc non pati non obstante illo opere cõsilii igitur. Respondetur maior est falsa quãdo de obligatur ab illa tenatione vt in proposito contingit per opus consilii.

Ex dictis sequũtur duo correlaria. Primum ꝙ vbi propositio proposita non esset certitudinaliter determinata tanq̃ catholica: sed quibusdam cõiecturis opinata. Similiter si esset propositum opus virtutis non notabilis bonitatis cuiusmodi est affabilitas vel entrapilia aut similis: non liceret viro catholico martirium pro illo subire: ymo breuiter nõ licet nisi pro aliquo ex se vel ex circũstantia cadente sub ꝑcepto: nõ est enim consilio tam parue bonitatis quin in aliquo casu ex circũ-

ſtantia poſſet cadere ſub precepto videlicet vbi emineat impoſſibilitas implēdi illud preceptum niſi medio illius conſilii. ¶ Secundo ſequitur ꝙ cōtingit aliquē martiriū ſubire tam pro fide q̄ ꝓ lege: pro fide quidē id eſt pro defenſione alicuiꝰ veritatis catholice: pro lege autem id eſt pro aliquo opere precepti alicuius veritatis.

Iſtis circa materiam & declarationem illius termini martiriū ꝑnotatis & intellectis. Reſpondetur ad queſitum principale per tres concluſiones. quarum Prima eſt aliquis actus martirii eſt actus iuſticie. ꝓbatur de iudice qui vult relinquere actum iuſticie nō obſtante conditione mortis ꝓpoſita. ¶ Secunda cōcluſio. Aliquis actus martirii eſt actus temperantie: probatur de actu quo berta cōiugata mauult pati mortem q̄ a tyrāno cognoſci. ¶ Tertia cōcluſio. Cum iſtis ſtat ꝙ omne martiriū eſt actus fortitudinis, & vera ſpecies ipſius fortitudinis cardinalis: probatur hęc concluſio. Primo auctoritate cipriani in epiſtola ad martires dicētis. O beati martires quibus vos laudibus predicem. O milites fortiſſimi robore corporis veſtri, quo preconio vos explicem. Et Leo papa more cipriani vocat martyres fortiſſimos, & de facto ita eos vocaſſet quilibet ſapiens & gētilis philoſophus, qm̄ difficiliora & duriora Laurētius & Vincētiꝰ pertulerūt q̄ vnq̄ achiles vel hector Et rōne ꝓbat̄ ſic cōcluſio. Ois ille actꝰ quoqꝫ

non vult omittere actum precepti affirmatiui nec contrarie positiue precepto negatiuo nō obstante morte: est actus fortitudinis, sʒ omne martiriū est huiusmodi igitur. ¶ Tum etiā arguitur. Omnis actus habēs mortem pro partiali obiecto conformiter ad dictamē recte rationis est actus fortitudinis, sed actus martirii est huiusmodi igitur.

Contra hanc tertiam conclusionem arguitur sic. Ex ea sequitur ꝙ idē act⁹ numero simplex & incomplexus esset actus iusticie & fortitudinis vel tēperantie & fortitudinis, vel temperātie fortitudinis: & iusticie, sed cōsequens est falsum, quia tunc nō essent virtutes cardinales distincte, seqla tamen ꝓbatur. Capio actum qui materiam duarum virtutū cardinalium: aut trium habet copulatim pro obiecto vel fine: cuiusmodi est iste act⁹ volo pati mortē anteꝗ̄ actum intēperātie, & iniusticie cōmittā talis actus pertinet ad tēperātiam virtutē cardinalem, & qua ratione pertinet ad tēperantiā eadē ratione ad iusticiā: & fortitudinē ergo idē actus virtuosus erit trium virtutū cardinalium ¶ Respōdetur cōcedēdo sequelā & illatum, & negādo falsitatem cōsequētis, virtutes nō semper realiter distinguuntur, sed distingūtur interdum realiter quādo habēt obiecta realiter & totaliter distincta: interdū distinguntur ratione, puta alia est ratio quare aliqua virtus est iusticia, & alia quare fortitudo. ¶ Sed replicatur sic, talis actus volo pati mortē anteꝗ̄ actum intēperantie

& iniusticie cōmitiā, est actus vnicus & simplex: ergo ad vnam virtutem & nō ad plures spectat. Respondetꝫ ꝙ q̄uis talis actus sit vnicus simplex & homo genius in genere rei, est tamē multiplex per equiualentiam: quēadmodū datur analogia, de vsu & fruitionem cuiusmodi est dilectio fortis ꝑpter deum. Dicitur vsus & fruitio copulatim & copulatiue: & tamen est actus simplex in se. ¶ Sed dices Aristoteles habet quarto ethicoꝝ. Mechās propter lucrū est auarus & non mechus: ergo actus denominatur solum a fine & non ab alio. Respōdetur ꝙ aristoteles voluit solum actū debere principalius denominari a fine q̄ a medio, vel alio obiecto: & ita concessit ꝙ talis erat mechus q̄uis principaliter dicebatur auarus.

¶ De fortitudine.

Restat consequēter pro finali complemento materie fortitudinis virtutis cardinalis, aliquid dicere succincte de magnanimitate & magnificentia: et humilitate & patiētia de quibꝰ Tullius Macrobiꝰ Andromicus & multi alii ad lōgū tractauerunt. Et primo mouetur talis questio. An magnanimitas vel magnificētia sit vera species vel pars fortitudinis. Pro huius questionis intelligētia notā-

dũ venit ꝙ magnanimitas est virtus circa magnũ & arduũ, et in cuiuscũq; virtutis materia scd; tale cui⁹ act⁹ ē velle operari magnũ & arduũ in materia alicui⁹ virtutis, scd; qđ tale: id ē habẽs cõnotationes magnitudinis & arduitatis ꝓ obiecto & ei⁹ quidẽ extrema sunt duo sc; caymotes in superhabundando & pusillanimitas in deficiendo:

Ex isto correlarie sequitur primo ꝙ in qlibet materia virtutis põt reperiri magnanimitas hoc modo loquendo, ¶ Scđo sequitur ꝙ magnanimus ē ille qui ē magnis honoribus dign⁹ & magnis se iudicat dignum. Vnde quarto ethicoꝝ capite tertio dicit philpsophus, Videtur itaq; is magnanim⁹ eẽ qui magnis ē dign⁹ & dignũ sese magnis censet, & q petit maiores honores q̃ dign⁹ sit dicit lent⁹ siue caymotes, qui vero magna recusat & nõ iudicat magna de se dicitur pusillanimus.

Ex isto habetur ꝙ magnanimitas proprie loquendo versatur circa magnos honores tãq̃ circa obiectum. ¶ Pro quo aduerte ꝙ honor vt in proposito capitur tripliciter, Vno modo pro potestate siue officio honorifico / sicut regiũ officiu; beneficium, prioratus vel aliud officium in claustro. vel extra claustrum, Secundo modo capitur honor pro opinione bona hominum cum quib⁹ quis viuit & sic nihil aliud ē nisi bona opinio quã homines habent de aliquo. & sic dicimus cõmuniter ille est in magno honore id est in clara opi-

nione & fama hominũ. Tertio mõ sumit honor pro signo exteriori quo viro reuerentiã tribuim⁹ quã magnis & preclaris viris tribuere solemus vt puta salutationẽ cũ capitis humiliatiõe vel popli te flexo vel signo illo quod reputatur esse honori ficũ in patria illa in qua homines viuunt. & quo cunq; istorũ modorũ capiatur honor cõtingit ma gnanimitatẽ versari circa ipsũ inq̃tum arduũ & magnum cõformiter ad rectam rationem, ¶Sz quereret aliquis que sunt species & partes magna nimitatis, ¶Dico ꝓ nunc q̧ ipsius magnanimi= tatis tres sunt species innominate simplicib⁹ noi= bus. quaꝝ tamen extrema in superhabundando noiata sunt scz presumptio que versatur circa ad ministratiões graues: ambitio circa honores ma= gnos capiendo honores tertio mõ, Et vana glo= ria que versatur circa gloriã magnã. i. circa opinio nem bonã de illo habendam. ¶Prima igitur spe cies enominata est virt⁹ circa graues administra= tiones gerẽdas cuius actus ẽ velle gerere eas con= formiter ad rectam rationem & eius quidem ex= trema sunt presumptio & pusillanimitas presum ptio est immoderatus appetitus grauium admini strationum gerendarum Pusillanimitas autẽ sibi opposita est contemptus earũ recte rationi defor= mis: ¶Secunda species ipsius magnanimitatis enominata est virtus circa magnos honores, Ter= tio modo capiendo honores cuius actus est velle sibi exhiberi illos conformiter ad rectam ratio=

nem: & eius quidem extrema sunt ambitio & pusillanimitas. ambitio est immoderatus appetitus magnorum honorum, pusillanimitas autem sibi opposita est cõtẽptus eorum recte rationi deformis, ❡ Tertia species enominata est virtus circa gloriam magnã & famã magnã coram hominibus cuius actus est appetere eam conformiter ad rectam rationem eius quidem extrema sunt vana gloria & pusillanimitas. Vana gloria est immoderatus appetitus magne glorie scз appetendo gloriam & famam vel honorem indebitũ vel a persona indebita aut indebito fine aut maiorẽ debita. Pusillanimitas autem ei opposita est contemptus glorie recte rationi deformis.

❡ Sed due sunt alie species ipsius magnanimitatis vulgariter nominate suis nominibus scilicet fiducia & magnificentia. ❡ Pro quo aduertendũ ẽ ꝙ fiducia accipitur dupliciter. Vno modo pro omni spe recta bene se habendi circa difficilia futura siue ardua siue nõ ardua, & hoc modo capiẽdo fiduciam in omni virtute reperiri potest fiducia & sic capiendo non est species magnanimitatis. Alio modo accipitur fiducia pro spe certa bñ se habendi circa difficilium & arduarum rerum administrationes futuras, & hoc modo capiendo est vera species contenta sub magnanimitate. sicut homo sub ly animal, & diffinitur sic, Fidutia est virtus circa futurum arduum possibile adipisci quod secundum tale videlicet habẽs illas tres

connotationes pro obiecto. cuius actus est deside rare aliquod futurum arduum possibile adipisci ab ipso, & eius quidem extrema sunt intimiditas & diffiducia.

¶ Ex isto correlarie sequitur q fiducia (loquendo de actu) importat duos actus. Vnum voluntatis qui est velle siue desiderare operationē arduorum futurorum & difficilium. alium rationis qui est estimatio certa & firma q talia ardua & difficilia sufficiemus agere, Primus actus est principaliter significatus per fiduciam. Ideo fiducia sicut & spes est voluntatis habitus & non rationis. Secundus est connotatus per fiduciam: & ideo secūdus actus nō est fiducia, sed est actus sine quo act⁹ voluntatis nō est fiducia, itaq si quis desideraret magna administrare & non estimaret certitudinaliter se posse bene & comode ea administrare tunc talis non haberet fiduciam. & talis estimatio debet esse firma & certa: quia alias causaret temeritatem potius q̃ fiduciam. Ille enim est temerarius potius q̃ fidēs qui false estimat se posse sufficere magnis rebus tractandis, & eas administrare desiderat.

Sed alia species nominata ipsius magnanimitatis dicitur magnificentia. ¶ Pro quo notandum est q magnificentia accipitur dupliciter. Vno modo prout est virtus circa magnos sumptus gratis factos secundum q tales cuius actus ē velle exercere gratis magnos sumptus conformi

ter ad rectam rationem: cuius extrema sunt bauosia & paruificentia, & hoc modo magnificentia ē virtus circa pecunias vel res mensurabiles pecunia. existens distincta a liberalitate & magnanimitate & aliis virtutibus. Secundo modo accipitur magnificentia pro virtute operatiua excellentium & arduorum factorum vtilitatem aliquā publicam concernentium. & hoc modo capiēdo in xp̄o fuit excellentissima magnificentia: q̄uis ipse nunq̄ fecerit magnos sumptus. probatur istud per illud psalmiste. Eleuata est magnificentia tua super celos. Et idem probatur per illud quod habetur in psalmo. Sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. Et exodi decimo quinto magnificus in sāctitate. &c, & ita op⁹ illud quod habuit in cruce fuit excellentissime magnificentie, quia per illud excellentissime & magnifice circa omnes cristianos se habuit eos redimendo,

Ex toto isto corrclarie sequitur ꝙ magnificentia hoc secundomodo sumpta est vera species magnanimitatis. probatur sic quia magnanimitas significat omnia que significantur per magnificentiam & eodem modo, ita ꝙ que in recto significantur per magnificentiam etiam in recto significantur per magnanimitatem: & que in obliquo etiam in obliquo, & non econtra, quia multa significat magnanimitas puta ea que significant per fiduciam & alias species scilicet, desideriū ar-

duorum operum, &c, que tamen non significantur per magnificentiam. ¶ Tum etiam arguitur. Omnis virtus per se, operatiua magnorum operum est magnanimitas, sed magnificentia est virt⁹ operatiua magnorum. ergo ipsa magnificētia est, per se magnanimitas sicut homo est animal: hui⁹ sententie est Tullius Macrobius. & Andromic⁹ enumerantes ipsam magnificētiam inter partes magnanimitatis

Istis vtcunq; prenotatis & intellectis redeo ad quesitum principale vbi inquirebatur an magnanimitas seu magnificentia sit vera species fortitudinis virtutis cardinalis, ad quod respondetur ꝙ non est vera species fortitudinis vel pars eius subiectiua, quia fortitudo est circa periculuʒ mortis in bello quod est arduissimum. & magnanimitas est circa quascunq; arduas administrationes. vel magnos honores. siue in bello, siue extra bellū, nihilominus apud doctores antiquos magnanimitas & magnificentia dicuntur pars potentialis fortitudinis cardinalis virtutis, & hoc propter magnam vicinitatem quam habent cum fortitudine. quo ad hoc quod est versari circa multū arduū & difficile, pars enim potētialis alicuius virtutis apud antiquos morales, vocatur virtus magnam vicinitatem cum alia habens non tantum expansa sicut alia. Sed de istis partibus potentialibus non est multum contendendum. qm̄ aliqui auctores vnam virtutem vocant partem potētia

lem respectu alterius virtutis, & hoc propter vnā conuenientiam quam secum habet: Alii reducūt eam ad aliam propter aliam conuenientiam, ad quam magis oculū mentis ipsi defixerūt: Quādmodum si essent quattuor reges principales in europa & alii inferiores principes haberent cū aliquibus eorum conuenientias: sed cum aliquibus maiores. vt si/b/princeps haberet filiam/a/regis in vxorem diceretur: & merito q̄/b/princeps partes ipsius/a/imitatur. Alii apparenter dicerent q̄ imitaretur partes/c/regis quia/b/princeps est nepos /c/quem vnice diligit Sic est de partibus potentialibus dicendum, in ordine ad virtutes quarum dicuntur partes potentiales.

¶ Sꝫ circa ipsā magnanimitatē tria restāt dubia ¶ Primum an magnanimus inq̄tum talis possit licite petere honores & etiā aliquando licite eos recusare, & hoc capiendo honores pro officio vel beneficio arduo quo ipse dignus est. ¶ Secundo dubitatur an melius sit honorare q̄ honorari.

¶ Tertio dubitatur circa vitia opposita ipsi⁹ magnanimitatis, quod illorum est peius vitium: an lētitudo seu caymotes vel pusillanimitas. Ad primum dubium respondetur per duas propositiones. Prima propositio magnanimus inq̄tum talis potest iudicare se dignū officio honorifico & arduo: & etiā petere illud. donec petat cum moderamine. vt prosit & non vt presit, vtpote in episcopatu regendo potest ipsum licite appetere vt pre

dicet subditis, mores instituat vitia eliminet: beneficia probis conferat quatinus in ministerio virtutis ei cooperentur. Sed diceret aliquis: contra ait diuus Augustin⁹ decimonono de ciuitate dei, q̄ locus superior sine quo populus regi non potest & si administretur: vt decet tamen indecēter appetitur: & glosa primi ad Timotheū tertio hoc ipsum allegat. et Gregorius in registro ait recusantibus/dignitates ecclesiastice sunt conferende, petentibus vero sunt denegande. Ergo non licet cuipiam petere honores. ¶ Respondetur q̄ ille auctoritates allegate, intelliguntur de illo qui dignitates & officia immoderate petit: quib⁹ nō ē dignus, & petit vt presit & non vt prosit: & talis non est magnanimus sed lentus & caymus, sed vere magnanimus inquātum talis vitam & omnia confert vt aliis prosit: & nō vt presit. Officiū nullum capit suis humeris impar, & nunq̄ petit, sed oblatum capit, vel si petat tanto moderamine petit: vt nō petere videatur, solam verā virtutem habens pre oculis, querit citius ea que reputantur infructuosa apud vulgus q̄ fructuosa, vtpote religiones deuias ad patrum tramites reducere, contra vitia latrare, mores inserere, & se totum talibus dedit & consumēdum dat si oporteat, qđ philosophorꝝ princeps elegantissime tangit inquiens. Non autem parua pericula subit: nec periculorum est cupidus supple paruorum, sed subit magna atq; cum periculis versatur, vite sue non

parcit quasi non sit dignum omnino viuere, hec sunt opera magnanimi.

¶ Secunda propositio vere magnanimus inquātum talis potest licite aliquādo recusare officium vel beneficium quo dignus est ,ppter speciem ambitionis vel alterius mali apparentis. Istud patet exemplo, quoniā Augustinus Ambrosius Gregori⁹. Cato maior, & ceteri viri maximis digni: refugerunt honores propter speciem mali, & in hoc a sapientibus laudati sunt. ¶ Sed diceret aliquis: si magnanimus recuset honorē oblatum quo dignus est tunc; esset pusillanim⁹ igitur. ¶ Respondetur q̄ aliter magnanimus, & aliter pusillanimus recusant honorem oblatum. Prior ne in opportunus videatur honorem petere ad quē homines nimis sunt propensi natura, sed pusillanimus honorem recusat: vt torpeat & nō laboret: et priuat se contrarie honore quo dignus est, patet per philosophum dicētem pusillanim⁹ priuat se bonis quibus dignus est, et paulopost sequitur, non tam stolidi tales homines sed pigri potius esse videntur.

¶ Ad secundum dubium respondetur per vnam propositionem. Honorare melius est honoranti q̄ honorari honorato, probatur hæc ppositio, quoniam honorare reddit honorantem meliorem: honorari vero nō reddit honoratum meliorem: vt patet de honoribus deo impensis: qui

non reddunt deũ meliorem: & tamen nos sum⁹ meliores ei honorem & gloriã tribuentes. ¶ Tũ etiam probatur quoniã melius est simpliciter bene agere q̃ bene pati, honorans bene agit, alter solum bene patitur, igitur. Tum etiam dare pecunias est melius q̃ ipsas accipere, ergo eodẽ modo dare honores est melius & virtuosius q̃ honores recipere.

Ad tertium dubium respõdetur primo notando ꝙ iste terminus caymotes seu lẽtitudo/qđ idem est/prout/assignatur vitium in superhabundãdo ipsi⁹ magnanimitatis/ sumitur generaliter prout comprehendet sub se presumptionem circa officia et ambitionem circa honores, qui fiunt per signa exteriora, & vanã gloriam circa honores id est bonam famã vel opinionem. Et pusillanimitas sibi opposita proportionabiliter capitur prout includat in se tria vitia innominata circa materiã magnanimitatis ĩ deficiẽdo. Hoc notato dico ad dubium ꝙ q̃uis caymotes siue lentitudo sit peius vitium extensiue q̃ pusillanimitas/eo ꝙ regulariter plures incidunt in lentitudinem q̃ in pusillanimitatẽ, nichilominus nõ est simpliciter peius vitiũ intensiue & ex parte obiecti q̃ pusillanimitas, qm̃ lẽtitudo/eo ꝙ versať circa magna & ardua plus conuenit cũ magnanimitate ex parte obiecti magni q̃ pusillanimitas. Tũ etiã id vitiũ ad qđ natura est min⁹ ꝓpẽsa & ꝓcliuis ẽ ma⁹ malum & pei⁹, q̃ vitiũ sibi oppositũ ad quod natura

est magis procliuis & prona(non ob aliam cau-
sam cōcedūt omnes morales philosophi q insen
sibilitas est peius vitium q̃ intēperātia) sed sic est
q pro nunc in temporibus nostris natura est ma
gis procliuis & prona ad lentitudinem q̃ ad pu-
sillanimitatē, vt pote honores procurando & ap-
petēdo plusq̃ oportet: q̃ eos recusando igitur. Et
istud idem videtur de mente philosophi in textu
dicētis pusillanimitatē esse peiorem lentitudine.
Restat pro finali complemento huius car
dinalis virtutis aliquid tractare de patientia et
humilitate: que cōueniunt in hoc q tam patiētia
q̃ humilitas: sunt virtutes dirigentes hominē be
ne se habere circa res externas, sed diuersimode:
quoniā patientia est virtus quę dirigit hominem
ad recte se habere circa res aduersas & tristicias
occurrentes, & humilitas circa res prosperas di-
git hominem. Sed primo a patientia exordiū su-
mendo mouetur talis q̄stio. An patientia sit pre-
clara virtus & pars fortitudinis. ¶ Pro hui⁹ que
stionis dilucidatione primo ponam diffinitionē
termini & postea subiungam cōclusiones respon
siuas ad titulū questionis. Patientia est virtus per
quā homo recte se habet circa res aduersas vtcūq;
proueniāt ille aduersitates, siue in bello: siue aliis
casu fortuito Et eius proprius actus est velle equa
nimiter tolerare eas, id est tenere voluntatē equa
nimē in operibus virtutū nō obstātibus reb⁹ ad
uersis, & nō deiici animo in operibus virtutū p

pter molestias rerum aduersarum,hoc est non relinquere ac dimittere illustres atq; preclaras operationes quibus homo incumbebat vel incumbere intēdebat hęc diffinitio est de mēte Gregorii super illo passu Luce vigesimo primo. In patientia vestra possidebitis animas vestras, dicit illic Gregorius q̄ patientia est omnia mala equanimiter ferre:& contra illum qui infert nullo dolore moueri. Et ipsius patientie extrema viciosa sūt duo scilicet impatiētia & pusillanimitas siue insensibilitas. Impatiēs dicitur ille qui deiicit animo in operibus virtutum propter aduersitates & molestias occurrentes: cuiusmodi fecit Catho & Hanibal seipsos interficiētes. Pusillanimitas autem siue insensibilitas est vicium quo homo inclinatur non repellere operationes sibi factas recta ratione dictante eas repellēdas & ita malis p̄bet occasionem opprimendi bonos.

Ex isto correlarie sequitur q̄ patientia ī tribulationibus & aduersitatibus maxime emicat & excitatur ita etiam contingit de qualibet alia virtute. Istud correlarium probatur ad experientiam, quia homines per tribulationes & mala pene multo frequentius abstinet a peccatis & viciis declinātes ad virtutes & veritatem q̄ si manerent in sua ꝓsperitate. Istud idem probatur per apostolum dicētes, cum infirmor fortior sum:hoc est cū infirmor corpore fortior sum mente: illud idē

vult psalmista psalmo nonagesimo dicens. Cadent a latere tuo decem milia & a dextris tuis mille, per latus intelligitur tribulatio: & per dextram intelligitur prosperitas vt vult glosa marginalis Augustini. & exemplo probatur sic. Dauid tẽpore prosequutionis Saul & absolomonis optime se habuit, tempore prosperitatis male vt patet erga Bersabean. Vrian. & pluri murmurationem: simile legimus tempore iudicũ de filiis Islael. quãdo erant oppressi clamarunt ad dominum: & psalmista ait. Imple facies eorum ignominia. & querent nomen tuum domine, Quemadmodũ asinꝰ percussus cogitur redire ad viam rectam celerius: sic est de corpore nostro,

¶ Istis prenotatis ponuntur due cõclusiones. Prima. Patientia est preclara virtus. probatur quia per eam tristitia migratur in aduersis ne aliquod turpe perpetretur. quoniam aliqui ob defectum patientie sibiipsis mortem inferunt. vt Cato Annibal: Cleopatra, & sic de similibus,

Secunda conclusio. Patientia preut in proposito capitur & superius diffinitur. non est pars subiectiua & species fortitudinis virtutis cardinalis, probatur quoniam omnis fortitudo virtꝰ cardinalis est circa pericula belli, non est sic de qualibet patientia. quoniam circa quecunq; infortuita & aduersa versatur patientia. Dicitur tamen patientia pars potentialis ipsius fortitudinis: & hoc

propter conuenientiam quam habet cum fortitudine quo ad hoc quod est versare circa aduersa.& tristia. ¶ Epilogando clare habetur. q̃ potẽtia est virtus preclara:& summe viro necessaria. quũ tot tribulationes nobis quotidie occurrant si patientiã nõ habuerimus actũ est de nobis. nec crede tibi inutile esse q̃ interdũ afficiari opprobrio q̃ cõtumeliis dũmõ patiẽtiã per hoc adiscas,more socratis iniuria lacessiti ab vxore nil aliud dicebat nisi q̃ adiicet domi quod foris pati debuerit.& quidã philosophus magna dedit stipendia. vt eũ opprobriis & cõtumeliis afficerent quatinus patiẽtiã adipisceret.quũ in fine perrexit Athenas gratia plurium litterarum habendarum:& irridebatur in ianua (prout moris tunc erat athenis) cõtinuo risit,& quũ quereret cur opprobrio affectus risit perbelle respondit. Alias pecuniam dedi mihi exprobrantibus.vos vero sine pecunia vlla mihi conuitia dicitis.qui ingredi sine mora meruit.

Sed de humilitate mouetur talis questio.an humilitas sit pars & species magnanimitatis,

¶ Pro huiusquestionis declaratione notandum est q̃ iste terminushumilis ac humilitas accipitur dupliciter. ¶ Vno mõ pro vili & abiecto vel pro ipsa vilitate.vt apud Maronẽ in Buccolicis.Atq; humiles habitare casas & sordida rura.Et Tullius primo officioꝝ quoꝝ aũt pria etas p̃p hũilitatẽ

& obscuritatem in hominum ignorationē versatur. et Malachie secundo. Dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis. Alio modo capitur theologice & moraliter pro ipsa virtute et tunc sic diffinitur, humilitas est virtus circa res prosperas sub ratione dignificationis vel excellentie cuius actus est velle dignificare se vel alium aliqua excellentia, cuiusmodi preferēdo se alteri vel alterum sibi in honoribus scientiis virtutibus, et similibus, cōformiter ad rectam rationem, et eius quidem extrema vitiosa sūt duo scilicet superbia & pusillanimitas siue insensibilitas, ¶ Superbia enim est appetitus inordinatus alicuius excellentie vel honoris, dignificatiuus suiipsius, vel deiectiuus alterius, et hoc vitium est multum cōmune inter homines. quoniam quisq₃ naturaliter inclinatur se grandefacere et alios non tātisfacere, vt bene fabulatur esopus de viro duas manticas ferente vnam a fronte. Aliam vero a tergo. Aliorum errata in fronte ferens, propria vero a tergo. sed pusillanimitas siue insēsibilitas opposita: est appetitus inordinat⁹ dignificatiu⁹ alterius vel deiectiuus suiippsius plusq̄ oporteat,

¶ Ex isto correlarie sequitur ꝙ habitus humilitatis non inclinat immediate humilem ad hoc quod velit assumere vel petere honores, sed potius ad eos fugere: et ad seipsum vilificandum in oculis suis, et nō ad querenda caduca bona in hoc seculo vltra rectam rationem: hoc claret ex

mente beati Benedicti in sua regula qui ponit duodecim gradus humilitatis. quorum sextus et septimus sunt credere & pronunciare se omnibus viliorem: & ad omnia indignum et inutilem se confiteri et credere.

Sed dices ergo quilibet vere humilis inq̄tū talis debet iudicare se esse simpliciter inferiorē & viliorem omnibus, sed hoc probatur esse falsum, quoniam acutus regens in artibus vere humilis potest recte & licite iudicare se doctiorem excellentiorem & non viliorem toto suo auditorio et quolibet eorum, Alias inflate & superbe caperet prouinciam eos erudiendi, simili modo est de predicatore perdocto in ordine ad populum & simplex vulgus igitur.

¶ Ad hanc obiectionem respōdetur q̄ argumentum bene probat q̄ vere humilis non debet se iudicare esse viliorem & inferiorem in omnibus & simpliciter quolibet alio: sed vere humilis ex mente diui benedicti debet iudicare quēlibet alium: aliquā gratiam habere gratis datam: vel donum naturale quod ipse nō habet, & iudicare debet eorum bona, et non mala culpe & suā propriam fragilitatē semper arguere iuxta illud psalmiste. Imperfectum meū viderunt oculi tui.

¶ Istis prenotatis respondetur ad questionem per duas conclusiones. ¶ Prima conclusio humilitas est virtus preclara et pro salute huma-

na vtilissima:probatur hæc cōclusio:quia est excellentior virginitate iuxta illud quod de virgine canitur. Quia respexit humilitatem ancille sue, non dicebat virginitatem,& ꝙ sit vtilissima,probatur,quia grauissimi peccatores per solam humilitatem gratiam coram deo inuenerunt, vt patet de peccatore apud lucam dicente, deus propicius esto michi peccatori: preverecundia multitudinis peccatorum celum aspicere erubuit: qui in domum suam abiit iustificatus. Et tertio regum vndecimo legimus de pessimo illo rege Achab. Cum se humiliasset coram domino deus illi remisit culpam et penam.

¶Secunda conclusio humilitas non est vera species & pars subiectiua magnanimitatis,patet sic quia magnanimitas versatur circa honores inquātum graues & arduos : humilitas vero indifferenter circa honores paruos vel magnos eos recusando. Sed humilitas bene dicitur pars potentialis magnanimitas, quia conueniunt in hoc quod est versare circa honores.

¶Sed quia esse humilis seu humiliter operari, prestat ipso scire quid sit humilitas : iuxta doctrinam philosophi secundi Ethicorum capite secundo dicentis. Cum autem presens tractatio moralis non contemplationis sit (vt cetere) gratia. Non enim vt sciamus quid nam sit virtus:

ſed vt efficiamur boni conſideramus. Nam alias nulla eſſet ipſius vtilitatis, idcirco ſi vis vere humilis fieri: hæc obiecta pre oculis habeas. Conſidera infirmitates tuas: & vilem materiam de qua compoſitus ſecundum illud abrahe ad dominũ Geneſis decimo octauo. Loquar ad dominum meum cum ſim puluis & cinis. & Geneſis tertio. Memento homo quia cinis es & in cinerem conuerteris: & dicas cum Iob. Putredini dixi pater meus es: mater mea, & ſoror mea vermibus. Iob decimo ſeptimo. Conſidera etiam interiora ventris & quid quolibet die tecum fers & humiliaberis: ſecundum illud Michee ſexto. Humiliatio in medio tui eſt. Conſidera te in hoc mundo ſolum peregrinum: nullus eſt peregrinus tam continuo tranſiẽs romam ſicut tu ad mortem tendis. quolibet die qualibet hora, tam de die q̃ de nocte tã in ſomno q̃ in vigilia, vitam tuam in hoc mundo abbreuias, & ſecundum illud Eccleſiaſtes ſeptimo memorare nouiſſima tua, & in eternum non peccabis & potiſſimum iſta cogita quando occurrit tibi incitamentum ſuperbie & vilifica te in oculis tuis non ambulando in mirabilibus mundi & deus te eleuabit. Et hęc de fortitudine cardinali ſufficiant.

¶ De temperantia.

SVperius de duabus vir
tutibus cardinalibus: scili
cet prudentia & fortitudi⸗
ne habit⁹ est sermo super
est de aliis duabus virtuti
bus cardinalibus paululũ
immorari. Primo inchoã
do a temperãtia talis mo
uetur questio. An temperantia sit virtus cardina
lis & vna secundũ speciem ab aliis distincta.
Circa hanc questionem sic procedã/ impri
mis exprimendo et explicando acceptionem et
equiuocationem termini, postea cõclusiue respõ⸗
debitur. Temperantia bifariam accipitur. Vno
modo vt significat omnem moderationem & tẽ
periem: quã ratio ponit in humanis operationi
bus et passionibus: & quia hec moderatio omni
virtuti communis est, ideo hoc modo capiendo
ly temperantia non est virtus specialis ab aliis di
stincta sed communis extendens se ad omnẽ ma
teriam virtutis. Secundo modo capitur temperã
tia, prout est virtus moderatiua delectationum &
tristiciarũ gustus et tactus: quo modo accepit eã
aristoteles tertii ethicorũ capitulo decimo. Mar⸗
tinus de magistris ponit vnam tertiam acceptio
nem temperantie puta pro virtute moderatiua
delectationum quarũcunqꝫ et tristiciarum nõ ar⸗
duarum, dicit non duarum, vt temperantia conti

neat sub se tanq̃ suas species mansuetudinem, liberalitatem: modestiam: affabilitatem veritatē: eutrapiliam, & per illud dicit temperantiā differre a fortitudine cui conuenit moderare delectationes & tristicias arduas & paucis hominibꝰ cōuenientes. Ego autem pro nunc solum pono duas primas acceptiones prefatas: & dico illā excogitatam acceptionem quā ponit Martinus de tēperantia virtute cardinali esse inutilem, cum philosophi/tali acceptione nō vsi sunt & nego ꝙ virtutes ille quas recitat contineantur sub temperātia virtute cardinali tanq̃ partes subiectiue, licet ab auctoribus bene enumerantur tanq̃ partes potētiales temperantie propter aliquā affinitatem quā habent cū temperantia & de ipsis circa finē huius virtutis loquemur. ¶ Hoc notato respondetur ad questionem motā per aliquas cōclusiones. Prima conclusio tēperantia in secunda acceptione accepta: est virtus cardinalis. patet sic quoniā temperantia est virtus cardinalis/ & non in prima acceptione, & non sunt acceptiones plures q̃ due, vt patet ex notatis: ergo est virtus cardinalis in secunda acceptione.

Sed diceret aliquis contra bene sequitur tēperantia est virtus cardinalis, vel ergo temperantia fortis est virtus cardinalis: vel temperātia platonis vel ieiunium/vel abstinentia/ & sic de aliis speciebus: forte dices ꝙ quelibet talis est virtꝰ cardinalis. ¶ Contra hoc replicatur sic circa hanc

ſobrietatem temperantie,vel ieiunium non verſa tur tota vita humana:ergo non eſt virtus cardina lis.conſequentia patet quoniam hec eſt de ratio ne virtutis cardinalis vt ſuperius diximus.

¶ Reſpondetur negando conſequentiã quia ſuf ficit: ꝙ circa hunc actum & ſimiles in denomina tione generica verſetur tota vita humana. modo circa virtutes cardinales verſatur tota vita huma na ad hunc ſenſum. ꝙ tota vita humana verſatur circa hec prudentiam.temperantiam.fortitudiné & iuſticiam: & pars vite humane ſub parte.

¶ Secunda concluſio, Temperantia non eſt vna virtus nec vnus habitus ſecundũ ſpeciem ſpecia liſſimam: ymo mille ſunt habitus tẽperantie ſpe cie diſtincti.probatur hec concluſio, Alius eſt ha bitus ſpecie eſſentiali caſtitatis. Alius ſobrietatis: Alius circa cibum,& breuiter quot ſunt cibi ſpecie diſtincti.tot dantur habitus ſpecie diſtincti. mo do ad diſtinctionem ſpecificam actuum ſequitur diſtinctio ſpecifica habituum, cum iſto tamẽ ſtat ꝙ omnis temperantia eſt vna virtus vnitate ge nerica,& ſpecialiter ab aliis virtutibus diſtincta ratione obiecti:eo ꝙ verſatur circa moderare de lectationes. & triſticias,guſtus & tactus:

Sed occurrit vnum dubium ad propoſitũ An circa omnes delectationes vel triſticias cor porales moderandas verſatur temperantia inq̃ tum virtus cardinalis.

Ad hoc dubium respõdetur per aliquas ꝓpositiones excerptas ex mente philosophi tertio ethicorum capite decimo. ¶Prima propositio. Temperantia vel intemperantia proprie loquendo non sunt circa delectationes animales moderandas: cuiusmodi sunt leticia & gaudium mentis circa honorem vel disciplinam. patet sic. quia circa illas gaudet mens nihil patiente corpore vel sensu: & ad illud idem est Aristoteles loco preallegato dicens, Eos enim qui fabulis & narrationibus delectantur. & circa talia dies cõsumunt. verbosos atq; deliros intemperatos autem non consueuimus appellare. nec eos etiam qui pecuniarũ vel amicorum causa dolent.

Secunda propositio. Non circa omnes delectationes corporales moderandas versatur temperantia & intemperantia, hanc propositionem probat philosophus sic. quoniam delectantes in coloribus, figuris, & picturis non dicuntur temperati. nec intemperati. Similiter nec delectantes ĩ cantu vel instrumentis musicalibus, vel in odoribus fructuum vel herbarum non dicuntur proprie temperati vel intemperati, nisi per accidens quod dixi notanter, quia quosdam videmus quando esuriunt gaudent odoribus ciborũ: quia per illos odores rememorantur ciborum quos cõcupiscũt ¶Contra istam propositionem arguitur

sic. Intemperantia est circa sensum visum videndo formosã mulierem, ergo temperantia est circa talem visionem moderãdam: dices quis non delectatur in visione mulieris ratione visionis: nisi de per accidens sicut leo videndo ceruũ. ¶ Replicatur sic ergo sequitur q; vir delectabitur magis videndo, ethyopissam mollis carnis & dulcis tactus: q̃ mulierẽ valde albam. ¶ Respondetur delectatio quę est in aspectu vel visu mulieris pertinet ad temperantiam inquãtum talis visio habet respectum & ordinẽ ad actum. Et ad replicã factam: dicitur q; delectatio vel abominatio alicuius sensus circa obiectum alterius: reddit delectationem alterius sensus circa tale obiectum minorẽ vel maiorem. Pulchritudo mulieris accepta secũdum visum: vel cantus eius acceptus secundũ auditum reddit vsum tactus delectabiliorem ꝓpter fortẽ imaginationẽ, quãuis secundũ seipsam esset minus delectabilis, hoc patet per analogiã: quoniam per hoc quod laudatur vel deprimitur viuũ ipsum apparet assumenti melius vel peius: & ita auidius assumitur & melius nutrit: ita simile contingit in proposito.

¶ Vlterius replicatur sic: delectatio proueniens ex sensu visus: est maior q̃ delectatio ex sensu tactus vel gustus: ergo circa talem delectationẽ moderandam versatur cẽperantia, consequentia est nota: probatur antecedens dupliciter. primo per illud quod habetur Thobie quinto. Quale gau-

dium erit michi qui in tenebris sedeo & lumē ce li non video, ergo delectatio per visum est maxi ma. Tum etiam inter alios sensus maxime dili= gimus visum, patet per philosophū primo meta phisice, igitur delectatio proueniēs per visum est maior. ℭ Respondetur q bene verum est quod vnū quodq obiectum inquātū plus amatur ap= paret magis delectabile, sed dico q licet sensus visus plus diligatur a nobis, ppterea q per ipsum melius cognoscimus: & distinguimus inter obie= cta: nichilominus: quia tactus est animali magis vtilis & necessarius quo ad vitam. Ideo delecta= tio in tactu est naturalior: & per consequens ma ior q̃ delectatio in visu. ℭ Tertia propositio, Tē perantia & intemperantia versantur circa dele= ctationes gustus, & tactus: iquibus omnia anima lia cū hominibus conueniunt. Principalius tamē & magis circa delectationes tactus q̃ gustus hęc vltima particula probatur sic, quoniam illa quæ ad tactū pertinent sunt magis delectabilia q̃ illa quę ad gustum. Istud probat philosoph⁹ in textu eleganter, per vnum exemplum de quodā pulti= norace (cui nomen phlyoxenus erictius) qui ora= uit iouem, vt guttur eius gutture gruis fieret lon= gius: vt cibus in eius gutture diutius remaneret & delectationem causaret: ergo signum est q non delectabatur tantum in gustu cuius organum est in lingua, sicut fecit in tactu cuius organum est in gutture, & in toto corpore: cum circa maiores de=

lectationes corporales principalius versetur tem perantia q̃ circa minores. sequitur ꝙ plus versatur circa delectationes tactus q̃ gustus.

Correlarie sequitur ꝙ magis versatur temperantia circa delectationes q̃ circa tristicias moderandas: hoc ideo est quia frequẽti⁹ & crebrius occurrit materia delectationis q̃ tristicie.

Sed circa ista restant duo dubia incidentaliter occurrentia & soluenda. ¶ Primũ, an circa cõmunes concupiscẽtias & naturales cõtingat peccare & intẽperate agere sicut circa proprias cõcupiscentias. ¶ Secũdum dubium. An bruta aliis tribus sensibus a gustu & a tactu puta sensu visus olfactus & auditus aliquo modo delectentur.

Ad primum dubium respondetur conformiter ad mẽtem aristotelis tertio ethicoꝝ capite vndecimo primo notãdo ꝙ concupiscentie dicũtur cõmunes & naturales que appetuntur in communi, quando est indigẽtia, vt appetitio cibi potus vel lecti. Cõcupiscentie vero vocãtur proprie quando secundũ cõplexionem indiuidualẽ appetentis vel ex habitu appetuntur vt appetitus huius cibi vel illius. ¶ Hoc notato dico ad dubium ꝙ circa cõcupiscentias cõmunes & naturales contingit peccare & intemperate agere & hoc solũ vno modo puta replendo ventrem indifferenter de quibuscunq; appositis sine bonis sine malis:

& ita viuentes vocatur a philosopho castrimargi vel furentes circa ventrẽ eo q vltra q̃ oportet vẽ trem refarciunt. Sed circa cõcupiscentias ꝓprias multi peccant & multis modis quoniã vnus pultes & hanc salsam querit alter perdices alius pisces delicatos &c. secundũ suam complexionem.

¶ Ad secundum dubium Respondet philosophus tertio ethicorum capite decimo, q bruta non delectantur aliis sensibus a gustu & tactu nisi de per accidens: puta pro quanto hii sensus, & eorum sensationes referuntur ad sensum gustus vel tactus. Sic enim philosophus inquit. Neq enim odore leporũ, sed esu gaudent canes, odorantem sensum ferit: neq voce bouis leo sed esu per vocem autem sentit: illud esse propinquum, atq hoc ipso gaudere videtur: hoc idẽ ꝓbatur experientia, quoniam pulcherrimis picturis et figuris: aut rosis violis: aut quibuscunq floribus non esu comestibilibus non appropinquãt: nec de illis curant bruta, igitur.

Sed contra istam resolutionem arguitur sic Alique aues delectantur in suo cantu non referendo ad sensum tactus, vel gustus, patet de psyttaco sturno: & auibus latam linguam habentibus ad canendum aptis, nec valet dicere q hoc est relatiue ad sensum tactus: quoniã ponatur: q

auis illa in tali auicludio nunq̄ coitum experta est, similiter gaudet in cantu humano, vt videre in sturno quē canere doces. Similiter cum audiũtur cornua venatorum: canes delectantur & glomerati ncum delectatiõe exteriori ad venandum se preparant cibo relicto. Similiter pauo delectatur videndo suam caudam propterea eam erigit in cõspectu venientium. Similiter olor moriturus suauissime canit, & illud non refert ad gustum, & ad tactum igitur. Simili modo pre dulcedine cãtus i equo decipit perdix ab homine, iuxta illud quod solet dici vulgariter. Fistula dulce canit vo lucrem dum decipit auceps.

¶ Ad has rationes dupliciter respondetur Primo de pauone, dicitur ꝙ nõ gaudet quia visionem habet in pulcris plumis: eo ꝙ tunc tantum gauderet videndo pulcras plumas alterius pauonis. sed delectatur quia habet tales plumas vel relatiue hoc facit tēpore coitus vel in presentia galline. De canibus dicitur ꝙ causatur in aurib⁹ eorum, quidam pruritus gratia cuius; delectantur: & simili modo dicēdum est in auibus. Secundo modo respondetur & melius ꝙ resolutio dubii est vt in plurimum vera. Interdum tamen aliqua bruta oblectamentum & delectationem capiunt in aliis sensibus q̄ in tactu & gustu. Sic petrus ebanensis in commento vigesimo octauo particule problematum ipsius Aristotelis probleumate pe

nultimo opinatur,& existimat.

Priusq̄ de speciebus & extremis ipsius temperantie tractauerimus occurrit talis questio discutienda. Queritur quomodo inuenienda: & sumenda sit latitudo ipsius temperantie virtutis/ seu medium cira quod versatur temperantia. Ad hanc questionē respondetur per aliquas conclusiones. ¶ Prima conclusio homo temperantie regulam tenet: quando nō comedit vel bibit aliqd quod bone habitudini corporis, vel anime noceat, nec excedit limites suarū opum: & non est lex positiua talem cibumvel potum prohibens. Hęc conclusio probatur sic. Interdum homo temperate comedit, & latitudo sue comestionis nō est indiuisibilis: ergo potest comedere aliquātulum panis & aliquidvltra: manendo in latitudine temperantie. Et semper manebit in illa latitudine: quousq; capiat aliquid quod est cōtra bonam habitudinem corporis vel anime, vel transcendit suas opes: vel capit cibos prohibitos in tali tempore comedendi, & sic de potu & aliis gustabilibus & tangibilibus dicendum est.

Ex ista conclusione sequuntur correlaria:

¶ Primum est homo regulam intemperātie frāgit in quanto: patet comedendo plusq̄ deceat & contra bonam habitudinem corporis vel anime.

¶ Secundo sequitur q̄ homo peccat in quali: & non in quanto egrediendo regulam temperan-

tie, vt pauper comedendo delicatiora cibaria q̃ par sit: & non in excessiua quantitate. Istud correlarium patet per diuitem epulonem: qui quotidie vescebatur splendide & tandē in inferno sepult⁹ est. ¶ Tertium correlariū homo egreditur regulam temperantie per hoc q̄ comedat illud quod nō est comedendū, & hoc ex parte obiecti: vel ex parte temporis, exemplum primi, vt Leuitici vndecimo scribit̄ q̄ poterant fideles comedere animalia diuisas vngulas habentia & ruminantia. Alia vero comedendo peccarunt, ergo comedere porcum tunc erat eis illicitum ex parte obiecti exēplū ex parte temporis, vt si quis comedat carnes in quadragesima sine rationabili causa dicit̄ intemperatus, eo q̄ pro tali tempore carnes sunt prohibite. ¶ Secunda cōclusio quilibet excessus extra latitudinem & regulā temperantie quātuscunq; paruus / facit intemperantiam. Hęc conclusio q̃uis sit contra martinum de magistris / probatur tamen sic / tam ratione / q̃ auctoritate aristotelis, ratio est hæc. Quilibet actus circa materiam temperantie: vel habet obiectum sufficiens & circunstantias sufficientes & tunc est in medio: vel non habet hec omnia: & tunc est in extremo, & p consequens in vitio. Et hec eadem conclusio probatur sic auctoritate philosophi quarto ethicoꝝ capitulo octauo dicentis. Medium quidem habitum quo quibus oportet, & pro quibus oportet & vt oportet irascimur (vt simili modo de ceteris)

laudabilem esse. Exuperationes autem defectiones vituperandas, atq; si parum distat a medio leniter. si plus magis, si nimium vehementer esse carpēdas. Hinc manifeste ex philosopho habes quēlibet excessum vel recessum a medio esse culpabilem. Sed si excessus fuerit pusilus leniter carpimus. Si multus fuerit magis carpimus.

Sed diceret aliquis si homo ex ignorantia inuincibili excedat in quanto in comedendo vel potando talis non peccat, eo q ignorantia inuincibilis a toto excusat, ergo sequitur q non quilibet recessus a regula temperantie est vitiosus.

¶ Respōdetur q si homo plus comedat vel bibat q̄ bone habitudini corporis congruat, & hoc ex ignorantia inuincibili. Talis non peccat, ymo manet infra regulam temperantie, & actus eius est actus tēperantie virtutis: secus esset vbi scienter vel ex ignorantia vincibili ita operaretur.

Sed vt homo cognoscat quātum sufficit ei ad manendum infra regulam tēperantie: capiat hoc documentū. Natura paucis minimeq; cōtēta esse debet, ideo capiat i vna refectione mediocrē quātitatē. Citius ad paruū q̄ ad multum tēdentē. Et comedat illud relinquēdo appetitū apertū: & pauca apponere facit corā se cibaria & pot⁹. obiectū mouet potētiā: pluralitas dapū & vini corrūpūt naturā, qm̄ hō auidi⁹ i pluralitate ciboꝝ gaudet & natura pl⁹ capit de illis q̄ si vna spēs vel due

ſolum ponãtur,& hoc habet verũ niſi quis fuerit tante prudentie ꝙ in dapũ varietate ſcit ſe applicare circa vnã vel duas: quod non eſt facile factu: magiſq́ in continua ſocietate pulchrarum mulierum tenere caſtitatem mentis & corporis.

Vlterius principaliter queritur que ſunt extrema ipſius temperãtie virtutis,& inter illa quod illorũ eſt peius. ¶ Ad hanc queſtionẽ reſpõdet per aliquas cõcluſiones. ¶ Prima cõcluſio ipſius temperãtie prout eſt virtus cardinalis extremum in ſuperhabundãdo dicitur intemperãtia & extremum in deficiendo dicitur inſenſibilitas: & habẽs eum dicitur inſenſatus: & multis diuerſis modis cõtingit cadere in hęc extrema vitioſa ſcdm ꝙ fit receſſus magnus vel paruus extra regulam temperãtie,quoniã vt dictum eſt quilibet receſſus a latitudine & regula temperantie eſt vitioſus,& vitium. ¶ Secunda cõcluſio. Intẽperãtia eſt ipa inſenſibilitate & ceteris vitiis humanis exprobabilior. hoc eſt dicitur maioris ĩfamie apud homines Probatur hæc concluſio multipliciter primo ſic. Omne vitiũ quod magis deiecit hominẽ a ſtatu humano,ad ſtatum brutalem eſt maxime exprobabile, ſed ſic eſt de intẽperantia, igitur cõſequẽtia tenet cum maiore, probatur minor auctoritate Ariſtotelis tertio ethicorum capite primo dicentis. Atq; propterea iure vituperandum eſſe videtur. Id quod hominibꝰ nõ ratione qua homines ſunt,ſed qua animalia accidit. Talibꝰ igit

gaudere maximeq; talia amare ferale est. ¶ Tū secundo ꝓbatur sic. Illud vitium est turpe exprobrabile & maxime fugiendū. Quod appetitum bonum a cibo tollit: sed sic est de gula: cum homo comedit excessiue fastidium habet tam in cibo q̃ in potu linguam & stomachū malis humoribus replet, cui omnia amara apparent more febricitantis, ob infectionem lingue & palati. Et si temperate comederit appetitum optimū comedendi haberet. Et hoc patet per fabulā abbatis cuiusdā obeli & impinguati, qui montē pesullanū petiit: & inter transeundo a quodā nobili circūspecto & egenti captus est, & incarceratus quousq; tota sua pinguedo in carceribus extincta est, cui non dabatur panis & aqua ad sufficientiam. Demum curatus est ille: qui inter medicos Capos & perdrices comedendo nunq̃ curatus fuisset. Si homo nō comederet & biberet quousq; veram famē & sitim notabilem habeat tēpore quo cibum sumit non excessiue comederet appetitum bonum haberet.

¶ Tertia conclusio licet intemperantia sit insensibilitate fedior & communior non tamen semper est periculosior & peior: hæc secūda pars patet quoniā magis incurabiliter percutitur cerebrum in insensibilitate q̃ in intemperantia & per hoc grauiores & acutiores morbos incurrimus: & ipsa naturalis inclinatio ipsam insensibilitatem magis abhorret q̃ intemperantia. ergo insensi-

bilitas est peior & periculosior q̃ intemperantia,
℄ Istud etiaꝫ probatur auctoritate cassiani colla
tione secunda dicentis ꝙ ad puritatem mẽtis exi
gitur nos illesos ab vtraqꝫ nemitate seruare. scili
cet ieiunii & gastrimargie vigilie & sonni, & ad
dit ꝙ eos quos non potuit superare gastrimargia
& somnus immoderatio ieiunii & vigilie frequẽ
ter superat. quoniam exemplũ legitur in vitis pa
trũ de herone qui quũ seruasset quinquaginta an
nis continentiam & solitudinem, cum summo ri
gore tandem a sathana in angelum lucis se trans
ferente suasus est, vt nulli amplius discrimini cor
porali esset subiectus propter magnitudinem sue
virtutis Quod vt experimento probaret se in pro
fundum puteũ precipitem dedit a quo extractus
vitam in labore sue deceptionis finiuit a qua nec
experimento mortis reuocare potuit.

Sed contra hanc tertiam conclusionem ar
guitur sic multo plures per intemperantiam suc
cumbunt (vt aristoteles dicit & experientia proba
tur) q̃ per insensin, ergo intẽperãtia ẽ periculosior, si
dicas ꝙ solum probatur intẽperãtiam esse cõmu
niorẽ & exprobrabiliorẽ q̃ insensibilitas, non ta
men habetur ꝙ sit peior & periculosior quoniaꝫ
raritas vitii nõ arguit ipꝫ esse minus malum.

Vlterius arguitur sic insensibilitas non est
nisi mala complectio hominis: qm̃ aliqui a mala
cõplexione nõ curant de cibis, ergo insensibilitas

non est vitium. Tum etiam arguitur illud nõ est vitium quod ꝓdest ad acquisitionem virtutis sed insensibilitas est huiusmodi, igitur: consequentia tenet cũ maiore & minor ꝓbatur per aristotelem scdo ethicoꝶ dicentẽ. Si vellem⁹ acquirere virtutẽ oportet nos ipsos habere ad delectationes sicut senes & prudentes troiani se habebãt ad helenã, Sed sic se habebant ad helenam ꝙ nõ solum nõ volebant eam tangere sed nec etiam videre.

¶ Ad primum istorum nego ꝙ insensibilitas non sit nisi mala cõplexio hominis, licet ex mala cõplexione vel lõga infirmitate potest habere originem, vt si quis diuturna febre laborãs vinum vel hunc cibũ abhorreat postea ad valitudinem veniẽs nausiã circa eundem habet. Sed dico ꝙ insensibilitas est habitus malus ex talibus actibus genitus nolo comedere vel bibere tantũ quãtum recta ratio dictat, vel aliquando insensibilitas est pura actus omissio vt quãdo quis omittit elicere actum temperantie in aliquo tempore quẽ tenetur elicere in illo tempore.

Ad aliud quod tangitur nego ꝙ insensibilitas inquãtum talis iuuat ad acquisitionẽ virtutis, & ad probationẽ adductã de helena dicit ꝙ aristoteles intellexit de voluptatibus inordinatis & non de quibuscunqꝫ quoniam sine aliquibus voluptatibus in cibo scilicet & potu non est possibile in hac vita mortali viuere

¶ De speciebus temperantie.

RESTAT conſequenter& principaliter inquirere de ſpecieb⁹ propriis ipſius tē perantie virtutis cardina lis,pro quo aduertendum eſtꝙ ipſius tēperantie ſtri cte capte prout dicitur vir tus cardinalis due ſūt ſpe cies immediate ſub ea cōtente ſcilicet temperan tia guſtus: & temperantia tactus: & temperantie guſtus ſpecies ſunt temperantia regularis.abſtinē tia, & ſobrietas.ſub qua etiam continetur ieiuniū ¶ Temperantia autem tactus ſiue venereoꝝ ſpe cies ſunt iſte:caſtitas virginalis.caſtitas coniuga lis.& caſtitas vidualis,& de hiis omnibus breui ter & ſuccincte q̄tum ad declarationes termino rum ſpectat ſecundum ordinem dicemus:Et pri mo de temperantia guſtus que ſic diffinitur, Tē perantia guſtatibilium eſt virtus circa vſum eorū cuius actus eſt vti vel parere ipſis conformiter ad rectam ratione3,& eius extrema ſunt illoꝝ guſta bilium intemperantia & inſenſibilitas. ¶ Et ſub hac tēperantia guſtus prima ſpecies contenta eſt temperantia regularis que ſic diffinitur, Tempe rantia regularis eſt virtus circa latitudinem medii temperantie diſcurrēs ipſā latitudinem medii nō excedendo:cuius actus eſt velle ſtare in tali latitu dine & non egrediendo Et eius quidem extrema ſunt gula atq; ebrietas in ſuperhabundādo:& in

sensibilitas indeficiendo. gula quidem dicitur im moderatus vsus cibi, Ebrietas autem est immode ratus vsus potus mentē alienans. Sed immodera tus vsus ipsius potus nō inebriatiui nō habet no men simplex & speciale nisi ad ipsum extēdatur gula, ¶ Ex isto correlarie sequitur q̄ tēperantia regularis siue actus eius habet pro suo obiecto gu stabile. & hoc sub passione totalitatis latitudinis medie temperantie ideo dicitur temperantia re gularis, eo q̄ respicit ipsum gustabile secundū to tam regulam temperantie discurrendo conformi ter ad rectā rōnē manēdo tñ sp̄ itra talē latitudie;
¶ Secunda species temperantie gustus dicitur ab stinentia, & est virtus que versatur circa gustabile intra latitudinem temperantie. & habet obiectu; non ita latum sicut tēperantia: saltē ex parte quā titatis cibi comedendi vel temporis. sed idem ex tremum habet in deficiendo, hoc sic declaro. Po namus q̄ due libre panis sufficiant forti in die ad hoc q̄ maneat in temperantia regulari. si plus co medat esset intēperatus, ita q̄ vna libra esset mi nimus panis que sufficit vel maximus que ei non sufficit. Tunc dico q̄ abstinentia habebit ide; ex tremum adequatum in deficiendo cum temperā tia regulari. sed ascendendo nō est idem extremū ymo non tantum proceditur sit gratia exēpli sta tus in libra cū dimidia in die. Puta q̄ si fortes vnā libram cum dimidia in die & non vltra comedat in pane: proportionabiliter in esculentis dicitur

abſtinens ſi vltra vnā librā cū dimidia comedat deſinit eſſe abſtinens licet ſit tēperatus. ¶ Ex iſto correlarie ſequitur primo ꝙ abſtinentia ſubſtrahit aliquā portionem cibi vel potus a tota latitudine tēperantie. ita ꝙ abſtinētia ſeu ſobrietas habet ꝑ ſuo obiecto ſubſtractionē alicuius a latitudine medie tēperātie qđ ſcđꝫ rectā rōnē ſumi poterat tunc illa ſubſtractio cōtingit fieri multipliciter vel rōe q̃titatis vel rōe q̃litatis vel rōe frequentie & quolibet illoꝝ modoꝝ fieri poſſit abſtinentia vel ſobrietas: ¶ Scđo ſequitur ꝙ vnū extremū abſtinētie cōponitur ex licito & illicito ꝓbat̃ comedere mediā librā vltra librā cū medietate ē illicitum & ſi amplius comedatur eſt illicitum. hoc totum eſt extremum abſtinentie virtutis in aſcendendo ſeu ſuperhabundando, ¶ Tertio ſequitur ꝙ extremum abſtinentie in deficiendo nullo modo componitur ex licito. ¶ Quarto ſequitur ꝙ aliqua eſt virtus que habet pro vno ſuo extremo vel pro parte extremi aliam virtutem hoc correlarium patet de virtute que eſt de conſilio: vt patet de vouere & nolle vouere ante omne votum emiſſum. Et ita in aliis operibus conſilii.

¶ Sed obiceret aliquis ſic abſtinentia habet eandem materiam cum temperantia regulari. ergo ē eadem virtus. & per conſequens male aſſignatur tanq̃ ſpecies diſtincta. ¶ Reſpondetur negando antecedens & quoniam temperātia regularis habet ꝑ toto ſuo obiecto (ſicut diximus) duas libras

panis. hoc est h₃ tm̄ pro obiecto quousq; ei nō noceat scd̄m corpus vel animā, abstinens seu abstinentia minus habet pro obiecto hoc totum facile ē declarare intelligenti: exēplo. ¶ Cū istis predictis stat q̄ detur aliquis habitus virtuosus genit⁹ ex puris actibus abstinentie, qui inclinabit i act⁹ tēperātie regularis: & nō amplius in actus abstinētie: istud ꝓbatur in casu quo latitudo cōplectiōis fortis abstinētis decrescat vel ab assuefactiōe comedēdi parū vel a corporis debilitate: tūc hēret̄ q̄ si plus comederit q̄ assuetus fuerat erit intēperatus nō ampli⁹ abstinēs & ita variat̄ latitudo abstinētie & ēt tēperātie regularis cōformiter ad cōplexionē vel assuefactionē agētis & operātis ¶ Tertia species tēperātie gustus est ieiuniū & ē species & terminus inferior ad ly abstinētia: & sic diffinitur: ieiunium ē parcimonia victus abstinentiaq; ciborum secundum ecclesie institutionem & loci consuetudinē: propter puritatem mentis obseruāda: Dicitur notanter parcimonia quoniam pōt quis capere virtus/abstinentiaq; ciborum secundum ecclesie institutiones & loci consuetudinem. Propter puritatem mentis obseruanda, Dicitur notanter parcimonia victus: quoniam omnimoda abstinētia a cibo vel potu vno toto die vel duobus diebus non dicitur proprie ieiunium vt hic sumitur: licet in bonitate equiualeat ymo longe prestantius sit propter eius difficultatem.

¶ Dicitur notanter abstinentia ciborum

Ad innuēdum q ad ieiunium requiritur triplex abstinentia: scilicet abstinentia secundum vnam totam speciem cibi. Abstinentia secundum tempus prefixum ad hoc: & abstinentia secundū numerum refectionum.

Ex isto sequitur correlarie q esus cibi prohibiti pro die ieiunabili, soluit ieiunium etiā vna refectione retenta. Similimodo in refectiōe preuenire tempus ad hoc determinatū, notanter scilicet duodecimā horā: & hoc sine rationali causa soluit ieiunium. ¶ Dictum est notāter i diffinitione data. secundū ecclesie institutionem, et loci consuetudinem: quoniā per illam particulam altricationes fere innumere soluuntur, in quibus doctores nituntur rationibus ad inuicem certare: que tamen nichil ad rem conferunt. Quoniā omnino vertibilis et mutabilis est regula ieiunii secundum institutionis ecclesie & consuetudinis loci vertibilitatem. Conformiter ad cōsilium ambrosii ad augustinum distinctione secunda capitulo illa di centis. Cum venio romā ieiuno sabatum: cū sum mediolani non ieiuno: sic & tu ad quamcunque ecclesiam vel locum veneris morem eius serua, si vis cuiq non esse scandalum nec queq tibi.

Ex isto patet q esus alicuius cibi vel serotina collatio in certa quantitate, soluerit ieiunium qui vna regione et non alia. non obstantibus diuersis statutis pure positiuis ieiuniorum, quorum

multa habentur abrogata: prout habetur distinctione quarta capitulo in istis legibus. vbi bene dicitur. Leges instituūtur cum promulgantur: firmantur cum moribus vtentium approbantur. Dictum est etiam notanter in diffinitione data propter puritatem mentis obseruandā. Est enim puritas mētis expurgatio a vitiis vel ab illis qui ad vitia inclinant. Ex tota hac diffinitione ieiunii correlarie sequitur, ꝙ ieiuniū est virtꝰ & vera species & inferior ad ly abstinentia, hoc probatur duppliciter. Primo quia cognotatio illius termini abstinentia est superior ad cognotationem illiꝰ termini ieiunium igitur. Tum etiam quando homines dubitant vespere in die ieiunabili comedendo aliquid panis cum vino si petatur ab eis an ieiunant dicunt se saltem facere abstinētiam ergo ieiunium est species abstinentie.

Contra hoc correlariū arguitur sic. aliquod ieiuniū est vel potest esse vitium, ergo non est species vera abstinentie vel tēperantie. ¶ Tū etiā arguit ieiunās tm̄ comedit sine peccato, & vitio sicut non ieiunans/sed temperantia regulari vtens, ergo iste terminus ieiunium non habet rationem inferiorem ad abstinentiam.

Ad primum istorum respōdetur ꝙ ly ieiunium potest capi duobus modis, vno modo vt includat omnia requisita ad virtutem: & sic cepimꝰ in diffinitione supradicta. Alio modo sumitur vt

hoc non includat & sic capiendo cōceditur q̄ nō est vera species abstinentie: & temperantie virtutis. Ad aliud quod tangitur. Dico q̄ q̄uis nō omnis ieiunans faciat abstinentiam ratione quātitatis cibi, facit tamen abstinentiam ratione temporis vel speciei cibi: & ita hoc est difficilius q̄ tātum vel totum cibum duplici vice comedere.

¶ Ex isto correlarie sequitur q̄ licet aliquis abstinens in aliquo casu licite potest tantum in quantitate matemathica cibi comedere, sicut tēperatus temperantia regulari: non tamen simpliciter tātum in ordine ad tempus: & quantitatem vel speciem cibi.

Restat cōsequenter dicere & tractare de alia specie temperantie scʒ de temperantia tactus seu venereoꝝ & alio nomine dicitur castitas. Et diffinitur sic castitas est virtus moderans appetitū venereorum vtendo vel continendo cōformiter ad rectam rationem. Cuius extrema sunt luxuria: & insensibilitas. ¶ Luxuria quedam est immoderatus vsus venereorum ratione materie idebite vel modi indebiti, vel vasis indebiti, vel alterius indebite circūstantie. Et de ipsa & suis speciebꝰ postea dicetur, insensibilitas vero est cōtinentia seu abstinentia immoderata venereorū recte rationi dēformis. ¶ Sed quereret aliqs an pudicitia afferat aliquo modo de castitate. Ad hoc respōdet beatus Thomas q̄ sic. Ratio sua ē: quia pudicitia nō

versatur immediate circa moderationē vel refrenationem venereorū sed mediate solum, sc; circa signa venereorum moderanda vel refrenāda cuiusmodi sunt aspectus impudici oscula impudica amplexus verba & cetera huiusmodi: in quorum moderamine maxime consistit pudicitia.

Vlterius notādum est q; téperantia tactus seu castitas habet sub se tres species, que sunt virginitas, castitas vidualis castitas cōiugalis de qb⁹ dicemus scdm ordinem & ❡ Primo de virginitate: pro cuius declaratione notādum est q; duplex virginitas, sc; virginitas corporis & virginitas mētis. Sed virginitas mentis proprie dicitur virginitas & virtus & sic diffinitur. Virginitas mētis est volutio qua quis vult seruare corpus suum ne polluatur per opus libidinosum secundū quod recta ratio dictat, vel est habitus genitus ex aliquo tali actu vel actibus. Sed virginitas carnis seu corporis sic diffinit̄ est immunitas carnis: ab opere libidinoso notabiliter sensibili. Et dicitur opus libidinosum notabiliter sensibile quod in viro non patientie impedimentum sufficeret facere resolutionem seminis & in muliere sufficeret claustra virginalia dissoluere.

❡ Ex istis diffinitionibus sequuntur correlaria. Primū est q; talis immunitas carnis nō est ꝓprie dicenda virtus nec virginitas. Nam omnis virtus est in voluntate: posset tamē dici virtus extrīsece/ pro quāto sc; & q̄diu eius cōseruatio imperatur

ab actu virtutis virginitatis mentalis. ¶ Secūdo sequitur qui ante vsum rationis, vt in puero vel de mēte vel fator talis integritas carnis nullo modo dicitur virtus quoniam nō sibi correspondet proprius actus voluntatis imperans.

Tertio sequitur ꝙ contingit perdere virginitatem mentalis, non perdita virginitate carnis vt volendo fornicari cuius tamen volitio nō sortiatur effectum.

Quarto sequitur ꝙ licet virginitas mentalis perdita, cum qua non fuerat deperdita virginitas carnis, bene potest recuperari per penitentiam / non potest tamen aliquo pacto recuperari virginitas carnis ipsa semel deperdita: nec communiter recuperatur virginitas mētis perdita virginitate carnis. ¶ Sed dices casu quo deus reintegraret claustra virginalia alicuius virginis corrupte: tunc in illo casu recuperatur virginitas carnis. Respondetur casu admisso / dico ꝙ talis nō efficeretur virgo, quia per hoc non fieret simpliciter immunitas carnis ab opere libidinoso, quin in tali fuerit perceptio operis libidinosi. ¶ Sed queres an deus de potētia absoluta posset simpliciter facere illam corruptā non fuisse nec in ea fuisse perceptionē operis libidinosi. Respōdetur ꝙ si ly potest rātum valeat sicut potest vel potuit & tunc dico ꝙ sic: sed si ly potest tantū valeat sicut pro nueter potest vel in posterū posse: & tunc dico

ꝙ nō conformiter ad illud dictum diui Hierony mi in epistola ad Eustachiū. Audenter loquar cū deus omnia posset. Suscitare virginem nō potest post ruinam.

Quinto sequitur ꝙ ad virginitatem nō requiritur integritas signaculorum neq; requiritur immunitas delectationis per resolutionem seminis/neq; requiritur propositum perpetue immunitatis carnis seruādе, neq; requiritur ipsam esse voto firmatam. vti opinatur beatus Thomas.

Sexto sequitur ꝙ per solum opus libidinosum notabiliter sensibile perditur virginitas, & perditur quidē per tale opus libidinosum notabiliter sensibile & hoc etiam in vite. Ita ꝙ mulier inuite violata a tyranno nō obstante ꝙ continuat ,ppōi tū seruandi virginitatē perdit tamen virginitatē: licet nō meritū castitatis. Sed hic occurrunt due difficultates. Prima an talis inuite violata & corrupta sic moriens premiaretur ī celo laurea virginitatis. ¶ Respondetur breuiter ꝙ non quia laureola virginū est solum premiū accidentale quod debetur actui exteriori iuncto interiori: puta tali immunitati carnis ab opere libidinoso, nichilomin⁹ premiaretur tanto premio essentiali & fortassis maiori q̄ si mortua fuisset virgo, qm̄ propter difficultatem quā patitur in tali violentia facta a tyrāno, intēditur in ea actus ille et habit⁹ qui pri⁹ erat virginitas: & hoc est cōforme

dicto beati Lucie. Et si inuita me violaueris duplicabitur michi castitas ad coronã. ¶ Secunda difficultas: qualiter ille habitus intensus: & similiter ꝓpositum quod prius erat virginitas manens idem illa violenter corrupta debeat denominari ¶ Respondetur breuiter ꝙ ille habitus manens idem numero est virtuosus: sed nõ vocaẽ ampliꝰ virginitas sed castitas vidualis supposito ꝙ nõ habeat virum: & si habeat virum talis habitus manens vocabitur castitas coniugalis.

¶ Correlarie sequitur ꝙ virginitas manet quando non manet virginitas ymo corrumpitur virginitas. ¶ Secundo sequitur ꝙ virginitas erit castitas vidualis & similiter virginitas erit castitas coniugalis, impossibile est tamen ꝙ virginitas sit castitas coniugalis vel vidualis.

Tertia difficultas est de paruula duodecim annorum quæ habet hoc ꝓpositum seu has duas volitiones volo me seruare a venereis vsqꝫ ad vigesimum annũ: & simul cum illa volitione volo dare vsum corporis mei viro quẽ capiam post vigesimũ annũ. Dubiũ est de illo secundo actu sub qua specie castitatis cõtineatur Respondetur ꝙ vterqꝫ illorum actuũ in casu est virginitas. Prior tamẽ ẽ virgitas melior & magis spectãs ad virginitatẽ. Et secundus actus est virginitas per accidens/hoc est ratione subiecti: qm̃ quelibet castitas i virgine dicitẽ virginitas. ¶ V nde quis potest

elicere tres grad⁹ virginitatis, prim⁹ est actus quo quis vel que vult seruare perpetuo se a venereis & hoc recta ratione dictante. Secund⁹ actus quo qs vult seruare se tēporanee a venereis. Terti⁹ actus est quo quis vult dare corpus suum alteri pro tempore & loco. Primus actuum dicitur supremus & secundus medius & tertius infimus.

Correlarie sequitur ꝙ aliqua volitio dandi suum corpus alteri in vsum: dicitur & est virginitas. ❡ Secunda species castitatis seu temperantie tactus dicitur castitas vidualis que sic diffinit̄ Castitas vidualis continētia persone non legate tamen precorrupte. Correlarie sequitur ꝙ ad castitatem vidualem non requiritur ꝙ nupta fuerit nec requiritur filiorum carentia.

❡ Secunde sequitur ꝙ alicuius mulieris castissime maritus est mortu⁹ & tamē ipsa nō est vidua, patet de beata virgine post mortem Ioseph. causa hui⁹ est qm̄ ipsa nō erat corrupta & a sāctis nō concedit̄ fuisse vidua. ❡ Sed dices tūc mulier cōiūcta per verba de p̄senti cui⁹ vir moritur ante carnalem copulā nō debet dici vidua postq̄ non fuit pre corrupta. Respōdet̄ cōcedendo illatum/ ymo hoc modo Iohānes euāgelista concedit̄ ab oib⁹ fuisse & māsisse virgo & nō vidua, q̄uis habebat actum interiorē & ꝓpositū reddēdi debitū ❡ Tertia species castitatis dicit̄ castitas coniugalis & sic diffinitur. Castitas cōiugalis est modera

tio vsus venereorum continendo aut vtendo conformiter ad rectã rationẽ exẽplificare est facile. Sed occurrit dubium inter has tres species castitatis quę illarum est excellentior virtus. Ad hoc dubium respondetur breuiter per hanc conclusionem. Virginitas p̃stat & est nobilior virtus aliis duabus specibus castitatis, ꝓbatur quoniam per philosophũ scđo ethicoꝝ virtus est circa difficile, & per hoc philosophus quinto ethicoꝝ capite primo ꝓbat iusticiam ex parte operis operati excellere alias virtutes & similiter fortitudiné per hoc p̃stare temperãtie: sed difficilius est abstinere in toto a venereis q̃ in parte igitur. ¶ Tum etiam ꝓbatur auctoritate diui augustini libro de verbis domini dicentis nuptie terrã implent: virginitas paradisum. Item beata virgo illũ statum accepit igitur. Item in apocalipsi scribitur de virginibus iste sequũtur agnum quocunq̧ ierit igiť. Contra hoc arguitur sic. Continẽtia viduarum est difficilior q̃ cõtinẽtia virginum quia experte sunt delectationem coitus: ergo citius accenduntur, vt dicit philosophus in libro de animalibus, & per cõsequens habetur ꝙ castitas vidualis est excellentior virtus q̃ virginitas. ¶ Respõdeť ꝙ stat in aliquo casu aliquã viduam tantum merere sicut aliqua virgo quæ non habet tantum insultum & difficultatem: esto etiam ꝙ talis difficultas ꝓueniens in vidua sit intrinseca, quia ꝓue-

nit ex habitu non ei imputabili. sed regulariter virgo patitur maiorem difficultatē eo q insanit cognoscere quid sit de tali opere.

Ex isto infero q due vidue continent quarum vna est iuuenis & altera est senex: & senior plus meretur q̃ altera, puta si sit magis procliuis ex complexione ad actus venereos q̃ alia. ¶ Secundo infero q datur aliqua casta castitate coniugali quæ tantum tamen meretur abstinēdo ab aliis a suo viro sicut virgo, probatur sic quoniam meritum virginitatis non est in infinitū exuperat meritum castitatis coniugalis, ergo potest esse tāta difficultas in coniugata ex cōplexione & obiecto, quia multi eam propter diuitias vel pulchritudinem amplectuntur. ipsam autem virginem pauci vel quia est frigide complexionis.

¶ Dicto de castitate & suis speciebus restat inquirere de eius extremo vicioso insuperhabundando scilicet luxuria. Luxurie enim species sunt fornicatio/adulterium/stuprum incestus raptus & peccatum contra naturam. Fornicatio est concubitus personarum solutarum precorruptarum cōsentientium nulla cognatione aut affinitate coniunctarum & ex parte materie illicitus. Materia quedā licita vsus venerei dicitur vir & mulier matrimonio coniuncti. Adulterium est thori alterius violatio ex parte materie illicita. sufficit igitur altera partium esse ligata ad hoc q vtraq adulte-

retur verum est tamen q; ligata cũ ligata grauius peccat: quoniam duplicemviolat thorum scilicet sue partis & partis persone quam cognoscit Stuprum est virginis consentientis defloratio ex parte materie illicita, ¶ Incestus est concubitus personarum que propter cognationis vel affinitatis necessitudinem coniungi prohibentur. Raptus est concubitus cum violentia mulieris sine consensu eius. vel illorum quorum potestati subest. Peccatum contra naturam est actus libidinosus ex parte sexus indebiti aut vasis indebiti aut modi innaturalis illicitus & hec quo ad diffinitiones terminorum breuitatis causa sufficiant.

Sed finaliter circa materiam temperantie de quibusdam paruis virtutibus cuiusmodi sunt clementia: mansuetudo: modestia: eutrapilia: affabilitas, veritas. studiositas. honestas, & liberalitas: & sic de similibus. mouetur tale dubiũ an huiusmõi virtutes prenominate sint species contente sub tẽperantia vel sub aliqua alia virtute cardinali,

¶ Pro solutione huius dubii duo per ordinem faciemus Primo ponendo diffinitiones & declarationes terminorum Secundo conclusiue ad dubiũ respondebimus, ¶ Dico igitur q; clemẽtia & mãsuetudo conueniunt in hoc q; sunt virtutes moderantes iras & punitiones. ¶ Sed differunt ab inuicem, quoniam clementia est virtus circa iras & punitiones / penæ debitæ remissiua facta a

superiori potestatem habente secundum q̄ est legum auctor vel equi cōseruator conformiter ad rectam rationem, Ita videlicet q̄ signata tota pena que iuste secundum legem infligi posset. dico q̄ aliqua diminutio illius pene facta a superiore conformiter ad rectam rationem dicitur clemētia ¶ Mansuetudo autem est virtus circa iras & punitiones pene debite remissiua facta a persona particulari offensa, non secundum q̄ ipse offensus ē legum auctor vel equi cōseruator: Et duo sunt extrema vitiosa illarum virtutum scilicet in irascibilitas & iracundia, Primum indeficiendo & secundum in superhabundando, indeficiendo quidem scilicet non assumendo iras coerciuas malorū recta ratione dictante eas esse assumendas, per hoc enim malis datur occasio malignādi & opprimēdi bonos, In superhabundando autem scilicet in illis excedendo regulam rationis. ¶ Et sub iracundia continentur alie species vitiose scilicet vindicta: crudelitas: seuitia. & feritas, Vindicta enī atq̄ crudelitas dicitur cruciatus sine sanguine, crudelitas tamen transcendens modum humanum, vindicta autem non transcendens ipsum modum humanum: Sed seuitia atq̄ feritas dicitur cruciatus cum sanguine. feritas tamen transcendēs modum humanum: & seuitia non transcendēs ipsum

¶ Modestia est virtus circa honores mediocres inclinans se habere circa illos con-

formiter ad rectam ratione cuius extrema sut phi lomia: & aphilothmia. Primum est insuperhabu dando, & secundum in deficiendo Dictum est circa honores mediocres: nam per hoc differt a magnanimitate. ¶ Entrapilia est virtus circa ludos inclinans se habere circa illos in dictis aut factis recreatiuis presentium conformiter ad recta ratione: cuius extrema sunt agriKia & irmolochia primum insuperhabundando secundu indeficiendo Sunt enim nonnulli adeo agrestes homines vt nullis recreationibus in humana conuersatione sectatur: molesti sunt tales his cum quibus couersatur. ¶ Affabilitas est virtus circa sermones inclinans se habere circa illos cum decentia coformiter ad rectam ratione cuius extrema sunt adulatio & litigium, primum insuperhabundando & secundu indeficiendo insuperhabundando quide extollendo nimis alterius perfectiones. vel nimis eius imperfectiones tacendo. Sed indeficiendo dicit litigium, sc3 perfectiones alterius occultado, vel imperfectiones ampliando. vel alios sermones contristatiuos enunciando: & huius conditionis sunt sophiste qui non nisi contradicere querunt. ¶ Veritas est virtus circa sermones explicatiuos perfectionis vel imperfectionis proprie, & hoc conformiter ad rectam rationem, cuius extrema sunt ironia & iactantia. Primum indeficiendo secundum in superhabundando. in deficiendo quidem scilicet propias imperfectiones tacendas dicedo vel

dicendas perfectiones proprias tacendo: aut falſe imperfectiones aliquas ſibi ipſi attribuendo, Sed inſuperhabundando perfectiones proprias tacendas dicendo. vel perfectiones ſibi ipſi tali attribuendo. ¶ Studioſitas eſt virtus circa appetitũ cognoſcendi vel applicãdi potentias cognitiuas ſuis obiectis: & eius ſunt duo extrema. curioſitas & torpedo: curioſitas quidem in ſuperhabundando ſcilicet appetere ſcire artes prohibitas: vel ſcire artes licitas ſed ab illo a quo non licet doceri: aut ſcientias tranſcendentes vires ingenii. aut ꝓpter indebitum finem appetere eas. Torpedo autem eſt extremum indeficiendo, ſcilicet negligere ſcire ea quibus recta ratio dictat eſſe incumbendum. ¶ Honeſtas eſt virtus circa ornatum atq; cõpoſitionem debitam indumentorum & exteriorꝝ motuum ſecundum quod ſtatus requirit & incumbunt negocia, cuius duo ſunt extrema ſed enominata ſunt. ¶ Liberalitas eſt virtus circa vſũ pecunie gratis factum/ ſcilicet dando vel accipiendo/ conſumendo vel cuſtodiendo conformiter ad rectam rationem. & capitur hic ly pecunia large ꝑ omni illo quod nummiſmate menſurari poteſt in valore.

Patet igitur ex iſto ꝙ quattuor ſunt actus liberalitatis quorum tamen principaliores ſunt dare & conſumere. Alii autem ſcilicet accipere & cuſtodire ſunt actus minus principales, ¶ Secũdo patet ꝙ ipſius liberalitatis duo ſunt extrema vi-

tiosa, scilicet prodigalitas & illiberalitas: primū in superhabundando vt dare vel consumere plus q̄ oporteat, secundum vero in deficiendo per oppositum consistit. ¶ Patet tertio q̄ ad liberalitatem pertinet donatio, Donatio enim proprie loquendo est mera liberalitas qua nullo interueniēte iure aliquid conceditur seu datur. Dicitur notāter nullo interueniente iure. quoniam si curreret obligatio tunc vsus talis non gratis fieret & per consequens nō diceretur donatio siue liberalitas. sed talis actus esset tunc actus iustitie virtutis.

Sciendum est insuper q̄ meum & tuum ex iure pendent etiam positiuo. quare potest ius inualidare dationes aliquas certis modis factas ad vtilitatem boni communis: ita q̄ attentans transferre dominium sue rei in alterum non transferret ita q̄ talis res non efficeretur illius alterius, siue alter non efficeretur illius rei dominus iure inualidante talem dationem tali modo factā, vt gratia exempli si fieret talis datio, aut acquisitio rei medio vsure aut medio ludi sortis.

Dices si per talem actum non transferetur dominium rei in alterum ita q̄ alter non acquireret illam rem hoc maxime foret quia talis act⁹ per quem acquirit talem rem esset illicitus, Sed cōtra actus meretricis vel lenocinii est illicitus & tamen per ipsum vere acquiritur dominium rei habite, ¶ Respondeo negando illā causalē assūptā

ita q̄ nō tollitur trāslatio dominii rei quia actus per quem denotatur fieri trāslatio sit illicitus. sed quia inualidatur iure acquisitio tali medio facta. in meretricio tñ sunt duo actus scilicet actus meretricandi & talis est iure prohibitus, Alius est actus pecuniam recipiēdi ex illo actu meretricio, & talis non est iure prohibitus nec inualidatur datio tali medio facta & ita pecunia efficitur ipsius meretricis. ¶ Patet igitur responsio ad questionem, An omnis pecunia per actum illicitum habita sit restituenda. respondeas q̄ non, vel distinga; qm̄ vel per talem actum illicitum inualidatur acquisitio rei. vel nō inualidatur. Si primum certum est q̄ res nō efficitur sua & per cōsequens ē restituenda nō quidē semper illi domino cuius erat sed illi vel in pios vsus distribuendo: exemplum primi patet in furto vel rapina ita q̄ res tali medio acquisita est restituenda illi domino cuius erat, exēplum secundi vt in ludo sortis vel in vsura. Nam res tali medio habita est restituenda. non quidem illi cuius erat & hoc in detestationem alienantis bona tali medio. sed in pios vsus erit distribuenda res illa.

Sed quereret aliquis an omnis datio elemosine debite circunstantionata sit liberalitas. Respondetur breuiter q̄ non vt puta quando talis datio fieret interueniente aliquo iure. vel obligatiōe vt cōtingit qñ paup esset in extrēa necessitate vel talis datio eēt iiūcta alicui i pēitētiā pc̄ti tunc de-

bet dici actus iusticie virtutis & non liberalitatis. ¶ istis prelibatis ad dubium principale motum ponuntur due conclusiones responsiue. ¶ Prima capiendo istum terminum temperantia pro habitu virtuoso moderatiuo quarumcunque delectationum & tristiciarum vel passionum non arduarum predicte & nominate virtutes sunt vere species & partes subiectiue ipsius temperantie, ista conclusio est de mente martini de magistris in suo libro de temperantia impugnantis diffinitiones datas ipsius temperantie virtutis cardinalis a Tullio/ Ambrosio/& Augustino.

Secunda conclusio capiendo istum terminum temperantia proprie prout est virtus cardinalis ab aliis distincta & moderatiua delectationum gustus vel tactus dico quod prefate virtutes scilicet liberalitas/clementia/& cetera non sunt species nec partes subiectiue ipsius temperantie licet bene ab aliquibus auctoribus enumerantur partes potentiales temperantie propter aliquam affinitatem quam habent cum temperantia quia quo ad hoc quod est moderare delectationes vel tristicias nõ arduas, ¶ Correlarie sequitur quod aliqua eadem virtus est puta liberalitas dicitur pars potentialis duarum virtutum cardinalium & hoc propter aliam & aliam conuenientiam quam habet cum illis. Datur analogia. Si essent quattuor reges principales in europa & multi alii inferiores principes haberent cum aliquibus eorum con

uenientias: sed cum aliquibꝰ illorum regũ maio-res: vt si.b.princeps haberet filiam a regis in vxorem diceretur (emerito) ꝙ.b.princeps partes a regis imitatur. Alii apparenter dicerent ꝙ imitaretur partes.c.regis quia.b. est nepos.c.regis quẽ vnice diligit, sic dicendum & in ꝓposito de partibus potẽtialibus virtutũ. Et hec de tẽperantia virtute cardinali breuitatis causa sufficiant.

¶ Sequitur de iusticia.

SVperius de temperantia fortitudine & prudentia virtutibus cardinalibꝰ habita est mẽtio, restat de iusticia alia virtute cardinali (ceteris excellentiori) agere & tractare circa quã materiã sic procedere intendo. Primo ponam diffinitionem & diuisionẽ illius termini iusticia. Secundo tractabimus partim dubitatiue & partim argumentatiue de singulis speciebus eius.

Iusticia enim prout hic est sermo est virtus tribuens alteri quod suum est, vel sic: iusticia: est virtus dirigens homines circa alterum sub ratione debiti conformiter ad rectam rationem & ita differt a temperantia & fortiudine qm̃ iste dirigunt hominẽ ad seipsum scꝫ moderando passiones ꝓprias gustus & tactus timoris & audacie, scꝫ

ista supple iusticia dirigit hominē recte se habe re ad alterū, Et ita in diffinitione iusticie tangun tur duo Primū cum dicitur tribuēs alteri denota tur ꝙ iusticia est virtus ad alterum. ¶ Secūdum cum dicitur ꝙ suū est denotatur ꝙ iusticia est de aliquo sub ratione debiti. ¶ Quare sequit̄ ꝙ ali quod bonum gratis tribuens nō dicitur iust⁹ sed liberalis nomine (& hoc vocabulo appropriato & ꝓprie sumpto) quod dico qm̄ quādoq; capitur ly iusticia generaliter pro omni cōformitate act⁹ ad rectam rationē & ita conuertuntur actus bo nus & iusticia. ¶ Alia est diffinitio iusticie data a iuristis que est hec iusticia est constans & perpe tua voluntas ius suum vnicuiq; tribuens, q̄ diffi nitio recte ipsi deo conuenit & hominibus quidē iustis adaptari potest, hoc modo exponēdo ly cō stans & perpetua voluntas. Id est tam firmo pro posito volens ꝙ ꝓpter quodcunq; qđ esset cōtra rectam rationē non desisteret vnq̄ a tali actu iu sticie. Et ita intelligitur perpetua voluntas non quidem perpetuitate continuationis actus boni, sed perpetuitate et constantie ꝓposite: sic sc; ꝓpo nit actualiter vel habitualiter non desistere a ta li actu pro aliquo quod est contra rectam ratio nem. Sed primum excedit & non requiritur ad actum iusticie sed secundum requiritur.

¶ Iusticia prima sui prima diuisione diui ditur i iusticiam legalem & particularem iusticia legalis est virt⁹ qua quis se habet ad exsequutionē

legis cōformiter ad rectam rationem secundū q̄ persona cōmunis & ꝑpter cōmune bonum. Sed iusticia particularis est virtus inclinans reddere alicui persone particulari quod suum est, & hoc ꝑpter bonum particulare persone ita igitur iusticia legalis habet pro obiecto bonum cōmune, & iusticia particularis habet bonum particulare pro obiecto principali.

¶ Correlarie sequitur q̄ iusticia legalis & particularis in hoc cōueniunt q̄ vtraq̄ est virtus per quā homo bene se habet ad alterum. Sed differunt quoniam iusticia legalis requirit prudentiam cōmunem que confert de omnibus agibilibus per alias virtutes, eo q̄ habet interdum vnā alteri preferre & earum operationes in bonum cōmune finaliter ordinare sicut charitas aliarum virtutum actus in finem vltimum dirigit. ¶ Sed iusticia perticularis (sicut & quelibet alia virtus particularis) suam propriā prudētiam exigit dirigentem operationes nostras in suam propriam materiam. ¶ Sed duplex est iusticia particularis scʒ distributiua & cōmutatiua de quarū differentia tractat philosophus ad longū quinto ethicoꝝ capite tertio & quarto dicens, q̄ iustum distributiuum consistit in proportionalitate geometrcia non continua: que reperitur inter proportionem moritoꝝ & dignitatum personarum quibus fit distributio: & ipsam proportionem rerum distri-

butarum. Sed iustum cōmutatiuum consistit in proportionalitate arismetica rerum cōmutatarū ad inuicē. Sed quia iste mod⁹ loquēdi est aliquātulum obscurus & difficilis. ideo sub aliis verbis clarioribus ponam diffinitiones terminorum.

¶ Iusticia distributiua est virtus qua quis secundum q̄ persona dirigitur ad distribendum bona cōmunitatis secundū merita & dignitates personarum: cuius actus precipue cōsistit in aliquo istorum quattuor, scilicet in debita collatione officiorum & beneficiorum: aut in debita distributiōe atq̄ administratione sacrorum atq̄ terrenorum: aut in debita exhibitione reuerentie & honorū: aut in debita exsequutione iudiciorū/ in quibus omnibus cōsistere potest acceptio personarum q̄ dicitur iniusticia. ¶ Iusticia vero cōmutatiua est virtus per quā persona particularis dirigitur & inclinatur tribuere alteri persōe particulari quod suum est. Cuius actus in contractibus variis consistit de quibus sermonē inferius facturi sumus: iusticie distributiue duo sunt extrema viciosa nō propriis & adequatis nominibus nominata, vnū in deficiendo & alterum in superhabundando. scilicet bona cōmunitatis distribuendo persone non idonee vel maiora q̄ debeatur: vel est causa propter quā sunt distribuenda: vel tempore: vel loco: vel fine indebito. ¶ Et quia omnis iusticia vel iniusticia distributiua circa aliquod istorum quattuor consistit & versatur scilicet in collatiōe

officiorum aut beneficiorum, secundo in administratione sacrorū & bonorum terrenorū. Tertio in exhibitione reuerentie & honorum. Quarto i exsequutione iudiciorum, in quibus omnibus cōsistere potest acceptio personarum quæ est iniusticia, qua prefertur persona persone propter indebitam causam scilicet nichil facientem ad idoneitatem. Et de istis quattuor punctis & particulis tractabimus per ordinem. Circa primū punctum solent doctores querere vtrum beneficium vel officium sit semper meliori conferendum & applicando ad materiam de electionibus. Queritur an eligēs teneatur semper eligere meliorē & idoneiorē. De isto dubio sunt opiniones. Communis opinio iuristaruꝫ est, ꝙ sufficit eligere bonum probatur sic/quia aliter omnis electio haberet calūniam. Tamen beatus Thomas dicit illud est verum in foro iudiciali scilicet ꝙ sufficit eligere bonum ad, hoc ꝙ electio non posset pro hoc impugnari & calumniari: sed in foro consciētie & quo ad deum, dicit Thomas ꝙ teneť & debet eligens eligere meliorem & idoneiorem, & ideo intuitu cōsanguinitatis seruitii vel eiusmodi ꝑferre minus bonum meliori est acceptio personarū Et ꝓ isto dicto beati Thome potest adduci illud dictum diui Hieronymi. Qui prestantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui i omni virtute excellentior & eminētior, ille eligatur ad sacerdotium, vt patet in capitulo licet. Libro

quarto questione prima. Verum est tamen ꝙ si sint ambo equales potest consanguineus vel seruitor aut eiusmodi preferri alteri nisi circunstantia certa aliud impediat. Et ita dicendum est i cōferendis officiis secularibus per viam scrutinii vel aliter. Similiter distribuendo elemosinas ex bonis alicuius cōmunitatis vel testatoris, dare enim vicinis, vel consanguineis, vel aliis amicis minus indigentibus est acceptio personarum. ¶ Sed dices facilius dispēsatur cum diuitibus q̄ cum aliis ad hoc ꝙ contrahant matrimoniū in gradu ꝓhibito / neq; propter hoc fit acceptio personarum igitur neq; illic i distribuendis officiis vel beneficiis ꝑpter similia occurrētia Respōdetur negādo cōsequentiā, qm̄ hec cōditio & circunstantia ꝑsonarum diuitū pertinet ad negocium, & non illic i distribuendis elemosinis vel officiis. Nam dispēsatio matrimonii i gradu ꝓhibito cōsueuit principaliter fieri ꝑpter fedus pacis seruādum, quod est magis necessariū cōmuni vtilitati circa personas diuites & potētes, quare hoc ipedit fieri acceptionem personaꝝ. ¶ Alia est tamen opinio ꝙ etiam in foro cōscientie nō tenetur quis i electionibus vel officiis distribuendis preferre meliorem sed sufficit conferre idoneo, ymo secundū vnam interpretationem termini ly idoneus nō suscipit cōparationem: & hoc maxime quando includit ly requiritur ita ꝙ idoneus dicitur habēs omnia que requirit beneficium vel officium & ita dicere

q istе est magis idone⁹ q̃ ille, est dicere: q iste habet aliquid requisitū ad officium vel beneficium quod ille nō habeat, & si sic sequeret̃ q ille alter non esset idoneus, & per cōsequens si sint ambo idonei neuter eorū habet aliquid requisitum ad officiū vel beneficium quod alter non habeat, & ita neuter est altero magis idoneus. Sed quicquid sit dico esse falsum q idoneus nō recipiat cōparationem: vt facile est ex logica ostendere. ¶ Secundo dicere sic nichil facit ad propositū, quoniā restat difficultas inquirendo, vtrum ille qui non est perfectior in his que cōcernunt exsequutionē officii: etiam habens vltra q̃ requiratur sit preferendus alteri idoneo minus perfecto: tenet hæc opinio q non tenemur perfectiorem preferre alteri idoneo minus perfecto: & ad illud dictū diui Hieronymi supra allegatum & ad multos similes canones distinctione sexagesima prima capitulo nec emeritis: & distinctiōe septuagesima quita capitulo finali. Dicūt omnia talia capitula debere intelligi & sonare meliorem esse preferendum non idoneo: vel si fiat sermo de ambobus idoneis debet intelligi/meliorem esse preferendum debito congruentie: & non debito obligationis: id est cōgruum est preferre magis idoneū: & sic agēdo bene fieret, sed nō obligamur agere meliori modo quo possumus. Et prout alias dixi, talia gerūdia & participia correspōdētia possunt

ri moralibus dicere debitum congruentie: & debitum obligationis: & penes hoc propositiones ꝓposite sunt distinguende.

Notādum est insuper ꝙ in hac materia per ly bonus intelligitur idoneus ad tale officium vel beneficium: quæ quidē idoneitas non semper cōcluditur sufficienter ex scientiis persone vel particulari bonitate vite: sed etiam ex aliis conditionibus persone conferentibus ad bonum cōmune quia quandoqꝫ contingit ꝙ ille qui est min⁹ sciēs sit vtilior pro cōmuni bono ꝓpter suam potentiā vel industriam vel propter aliquod aliud huiusmodi, ideo quandoqꝫ in distributionibus rerum spiritualium illi qui sunt simpliciter minus boni iuste ꝑferunt melioribus⁹, sicut gratias gratis datas ipse deus: quandoqꝫ minus bonis tribuit. Insuper sciendum est ꝙ in ipsum deum nō potest cadere acceptio personarum, vt pro presenti est sermo: & huius causa est quoniam ipē deus nulli est debitor nec potest alicui obligari. Quare quodcūqꝫ bonum & propter quācunqꝫ causam cōcedat vni & nō alteri nō est illic acceptio ꝑsone nisi ratiōe debiti vel indebiti. Et ita si neutri persone obligatus, ergo dedi vni tunicam & non alteri non est illic acceptio personarum. Et ita reliquitur ꝙ acceptio personarum non est extremum liberalitatis sed iusticie virtutis.

Circa secundum punctum principale iusti

cie distributiue: scilicet de distributiõe atq; admi nistratione sacramentorum: cuius actus precipue pertinet ad iusticiam distributiuam. Queritur pri mo: vtrũ potestas administrandi sacramenta con ueniat etiã malis ministris. Respõdẽdum est bre uiter q; sic quoniam bonitas ministri est de con gruentia sacramenti & nõ de eius substantia cau sa est, quoniam quæ sunt de substantia sacramen ti oportet esse certa & stabilia: sed bonitas mini stri incerta est atq; instabilis: ideo non posita est de substantia sacramẽti: id est requisita ad sacra mentũ, & per consequens esto q; desinet bonitas ministri nõ minus est sacramentũ, prout habetur de consecratione distinctione quarta capitulo ba ptismus, & pluribus aliis capitulis.

Sed dubitatur vtrum sanctitas ministri au geat effectum sacramenti. Respõdendum est q; non & hoc secundũ sentẽtiam Augustini que ha betur de cõsecratione distinctione quarta capitu lo. Cũ baptisat mal⁹, vbi dicit. Non debet impar, baptismus per impares ministros: & idem osten ditur pluribus aliis capitulis eiusdẽ distinctionis Et istud intelligi debet de effectu essentiali ipsi⁹ sacramẽti. Nam illic deus operatur vt auctor est: homo vt minister: impetratur enim ille effectus essentialis sacramenti nõ merito ministri, sed me rito passionis christi, cui⁹ virtus operatur in omni bus sacramẽtis quare effectus essentialis sacramẽ ti non datur melior per ministrum meliorem, sed

quo ad effectum aliquē accidētalem operari potest sanctitas ministri: per orationes & bonas affectiones eius impetrando a deo talem effectum fieri: vt siluester constantino obtinuit mundationem lepre in baptisatione. Sed iste est effect⁹ accidentalis. Effectus autem essentialis in baptismo est remissio peccati originalis & infusio gratie baptismalis.

¶ Sed aliud dubium occurrit vtrum minister malus peccet ministrando sacramentum in peccato. Respondet Thomas in quarto distinctione tertia ꝙ sic. Nam talis facit irreuerentiam deo, quare debet esse peccatū mortale ex genere, sed non sequitur ex hoc ꝙ ipse suscipiens sacramentum a ministro peccatore peccet, & hoc q̄diu ille tolleratur ab ecclesia vt minister: ꝙ si non tolleraretur sc₃ cum degradatur suspendatur vel excōmunicetur peccaret suscipiens sacramentū ab eo, nisi cum necessitate susciperet ab eo baptismū

¶ Vnum est tamē notandum & sciendū ꝙ licet de facto pertineat solum ad homines ministrare sacramenta & non ad angelos, tamen queadmodum deus potētiā suam nō alligauit sacramētis sc₃ qn posset sine sacramentis effect⁹ sacramētorum cōferre, sic & potētiam suā nō alligauit ministris ecclesie, quin etiā angeli possunt eē veri ministri sacramentoꝝ: & ideo si aliquod sacramētū ministerialiter ab angelo bono, attētaret esset

habendum ratum: quia cõstare debet ꝙ fieret diuina auctoritate: sicut quedam templa dicuntur ministerio angelorum consecrata, Si tamen demones attentarent illud facere non esset habēduꝫ ratum, quoniã non cõstaret esse cum eis adeo dispensatum si tamen constaret esse cum eis dispēsatum esset habendum ratum. ¶ Queritur insuper circa modum distribuendi sacramenta. Vtrum sacramēta possunt iterari. & supponēdum est esse septem sacramenta. que sunt baptismus: confirmatio, eucaristia: penitentia: extrema vnctio. ordo: & matrimonium: hoc supposito respondendum est ad questionem/ꝙ tria illorum sacramētoꝝ iterari nequeunt. nec debent scꝫ baptismus. confirmatio: & ordo: vt i capitulo ꝙ quidē. j. questiõe prima. & de consecratione distinctione quinta capitulo dictum est/& capitulo de tempore. Ita ꝙ aliquod illorum trium iteratum non sortitur effectũ & peccat minister scienter iterans ipsum, Sed alia quattuor iterari possunt vt multis canonibus constat. Sacramentorum enim quoddam habet effectum indelebilem vt ista tria predicta que iterari nequeunt quia in susceptione illorum imprimitur caracter indelebilis suscipienti: quoddã vero habet effectum delebilem. vt alia quattuor sacramenta, quum igitur sacramentum iteretur vt effectus perditus recuperetur. sequens est ꝙ non debet iterari aliqd̄ illorũ triuꝫ & hoc quia dominus etiam sic ordinauit. Ex quo patet ꝙ si quis re

surgeret a mortuis nō esset baptisandus vel reordinandus vel reconfirmandus non enim solū minister sed etiam suscipiens iterando scienter vnum illorum trium sacramentorum grauiter peccat. Dicitur notanter scienter. qm̄ si probabiliter dubitetur an sit baptisatus confirmatus vel ordinatꝰ potest licite sibi applicari sacramentum. ❡Sed queres qualiter constabit ꝙ aliquis suscipiat sacramentum. Rn̄r ꝙ de baptismo & cōfirmatione creditur testimonio vnius hominis. sed secus ē de ordine vt habetur capitulo aphros distinctione nonagesima octaua, Vnde si omnino dubitetur de viuo tunc habetur tāq̄ non baptisatus sed si dubitetur de mortuo qui natus ē ex cristianis parentibus & inter cristianos fideliter cōuersatus est, tūc presumitur baptisatus. & talis presumptio scdꝫ canones pro certitudine est habenda. donec euidentibus forsitan argumuntis contrarium probaret. ❡Dubitatur vlterius circa distributionem sacramētorum. An caracter ordinis presupponat caracterem baptismi, Respondetur breuiter ꝙ sic. vt in capitulo veniens de presbitero non baptisato. baptismus enim dicitur ianua omnium sacramentorum, ideo sine baptismo non potest aliud sacramentum suscipi, ❡Quare si quis non baptisatus etiam credens se esse baptisatum accedat ad ordines. & promoueatur ad sacerdotium, ipse non est sacerdos nec confiteri potest nec absoluere in foro penitentiali; & ideo si reprehendatur & inue-

niatur ꝙ nõ ẽ baptiſatus debet baptiſari. & iterũ ordinari: quare ſi talis ꝑmoueat̃ ad epiſcopatũ & attẽtet aliquos ordinare tũc illi nõ ſuſcipiunt ordinem ab illo niſi prius habito baptiſmo,

¶ Vlterius dubitatur an epiſcopus excõmunicatus poſſet ordines cõferre idẽ inquiritur de epiſcopo heretico: & ſimiliter de epiſcopo degradato. Reſpõdetur breuiter licet cõferẽdo ordines peccẽt, tamen ſi attẽtẽt cõferre cõferũt ordinẽ, ſed nõ cõferunt exequutionẽ operis, quoniam eam non habent, quare requiritur diſpenſatio ſuſcipientibus ordines a talibus epiſcopis ad hoc ꝙ ordinis exequutionem exerceant, Ab illo enim epiſcopo excommunicato heretico. vel degradato: non fit dignitatis ablatio: ita ꝙ nõ aufertur caracter: ſed fit ibi exequutionis dignitatis ſuſpenſio vt habet̃ in capitulo Aqua: & in gloſa de conſecratione eccleſie vel altaris, vbi dicitur ꝙ vnctio interior ſcꝫ caracter perpetua ẽ: & nõ poteſt amitti, licet quãdoqꝫ exequutio ſuſpẽdatur.

Sed obiicitur ſic, habetur capitulo quod quidem: primo libro queſtione prima. vbi dicitur ꝙ degradatus epiſcopus poteſtatem largiendi ſacros ordines non habet, igitur reſolutio nulla: Reſpondetur ꝙ illud capitulum & ſimilia intelligi debet de exequutione ordinis. Talis eñ epiſcopus degradatus vel excommunicatus nõ confert exequutionem ordinis, ſic ꝙ ſuſcipiens poſſet in ordine ſuſcepto adminiſtrare.

¶ Circa tertium punctum scilicet circa distributionem honorum & reuerentie cuius actus est iusticia distributiua aliqua sunt premittenda & notanda, primo quid sit honor: ¶ Vnde honor ē exhibitio reuerētie in signum virtutis: & potest aliis exhibitio fieri ex quadā decentia & sic non pertinet ad iusticiam sed ad magnanimitatē. Aliomō potest alis exhibitio honoris fieri sub ratione debiti & sic pertinet ad iusticiam. ¶ Correlarie sequitur q̄ honor cadens sub isto precepto honora patrem & matrem exodi secundo. pertinet ad iusticiam vbi per patrem & matrem cōprehenditur generaliter omnis in aliquo superior nec est substrahendus honor debitus ab aliquo propter maliciam eius. & hoc q̄diu tolleratur i sua superioritate, ita q̄ malo prelato debetur honor q̄diu ab ecclesia toleratur. & licet male presideat habēdus est tamen vt bene precedens quousq; ab ecclesia deponatur quare nō debent ei debita substrahi a subditis. iuxta illud preceptum euangelii Obedite preceptoribus vestris etiā discolis. ¶ Dices sequeretur q̄ filius nō teneretur accusare patrē suū hereticum corrumpentē alios falsis doctrinis. patet sic quoniam filius tenetur ex illo precepto dare honorem patri & per consequens non eum diffamare. Respondetur maius preceptū deobligat eum a minore. magis enim tenetur dare honorem deo q̄ patri. iuxta illud euangelii. qui honorat patrem & matrem plusq̄ me non est me dignus,

¶ Sed vnum sciendum est quod secundum diuersos gradus personarum sunt diuersimodi honores ipsis exhibendi atque obedientie: gradus enim precedentium in ecclesia sunt isti: papa: deinde legatus quo ad prouinciam sibi commissam nam gerit vicem pape deinde primas siue patriarcha qui est iudex archiepiscoporum. episcoporum, & suffraganeorum suorum: deinde archiepiscopus qui est iudex suorum suffraganeorum & clericorū sue diocesis. deinde episcopus qui est iudex abbatum archidiaconorum priorum & clericorum sue diocesis. deinde archidiaconus qui est iudex archipresbiterorum, Archipresbiteris autem presbiterorum parrochialium,

Sed circa istam materiā de distributione honorum occurrunt dubitationes. Primo dubitatur, An sit appetenda potestas dominandi. Respondetur quod duplex est talis potestas. Quedam est potestas temporalis que habetur per hereditariam successionem vel per electionem & talis potest debite appeti cum debitis circunstantiis. Alia est potestas dominandi spiritualis scilicet habens curā animarum & rerum temporalium administrationem. Et dicunt aliqui quod nec ista est licite petenda nec licite appetenda. iuxta sententiam Augustini libro nono de ciuitate dei capitulo decimo nono dicentis. Locus superior sine quo populus regi non potest & si vt debet administratur indecenter tamen appetitur.

¶ Notandum est tamen tria esse consideranda i hac potestate scilicet celsitudo honoris. habundātia rei temporalis. & exercitium operationis spiritualis, Et dicunt aliqui q propter nullum istorum trium esse appetendam talem potestatem dominandi. Nam propter primum appetere eam ē ambitiosum reprobatum a deo. iuxta illud. Mathei vigesimo tertio. Amauit primos accubitus in cenis & primas cathedras in sinagogis & vocari ab hominibus rabi. Nam propter secundum appetere eam est cupiditatis vitiū quia ponit minus bonum tanq̄ finem rei melioris nam prelatio spiritualis est melior re temporali: ideo dicitur iohannis vltimo, Pasce oues meas & non dicitur pasce te: Sed propter tertium appetere eam est temerarium nam eminet periculum in tali onere: quia si credat se esse dignum est presumptuosus. si credat se esse indignum est peruersus appetitus: Dicunt tamen consequenter q talem potestatem iam sibi impositam potest quis licite suscipere sed non licet eam prius appetere, ¶ Hec opinio est valde dura, fateor tamen q talem prelationem appetere (prestituendo sibi aliquod illorum trium tanq̄ finem simpliciter vltimum) non liceret & ita possunt glosari auctoritates allegate & allegande. Sed quodlibet illorum trium predictorū ordinādo indebitum finem scilicet in bonum commune & in salutem subditorum propter honorē dei nō videtur quin posset quis licite talem potestatē ap-

petere ymo etiam & petere. Mirabile eñ esset q vir tam in sciẽtiis q̃ in virtutibꝰ maxime pstãs & excellens: de cetu ceterorum canonicorꝝ idiotarum sine virtutibus, quorũ quilibet secundũ existimationem omniũ si eligatur existimatur corruptiuus integritatis ecclesie & morũ populi neqꝫ habeatur idoneꝰ nisi ille vir doctus. Mirabile est inq̃ q nõ liceat ei impedire aliũ ne eligatur ymo realiter procurare propter honorẽ dei q ipsemet eligatur nec verũ est q sit psumptuosus existimãdo se idoneum: quia certum est q idoneitas non dicit impeccabilitatẽ. Tũc sic arguitur omne bonum cuius vsus esset bonꝰ & sibi atqꝫ reipublice vtilis potest quislicite appetere, sed talis dignitas est quoddã bonum cuiꝰ vsus esset bonꝰ & vtilis illi & etiã reipublice, ergo ille potest licite appetere talem dignitatẽ: cõsequentia patet cũ minore, & maior etiã pbatur licet non videatur indigere pbatione: qm̃ nulla esset ibi deformitas ex parte ipsius obiecti vel circunstantie ratione cuiꝰ actus interior siue actus appetendi crederetur malus. Item quilibet obligatus ad aliquẽ finem tenetur ad media sine quibus nõ haberetur ille finis: sed in casu superiꝰ dicto ille vir doctus tenetur vitare ruinã ecclesie & morꝝ populi & non potest in casu nisi impediat alium eligi a se, & procuret laborando q ipsemet eligatur ergo põt licite velle ista & per consequens velle episcopatum sibi dari & appetere episcopatum. Et per hoc patet so-

lutio ad similem questionē qua querit.an pōt qs licite appetere honorem. Respōdēdum est q sic, vt patet ex ratiōe prius facta probatur aliter sic: quoniam omne bonum ad qd reddendum potest quis alium cogere potest etiā & tale bonum appetere. Sed potest quis ymo aliquando tenetur cogere alterum tribuere sibi honorem/ergo potest ipse licite appetere honorem. cōsequentia patet cum maiore, probatur minor contingit ratione suscepte dignitatis aliquē iuramento astringi seruare iura libertatis illius dignitatis suscepte cuiusmodi sunt exhibitiones honorum a subditis & alia huiusmodi. Fateor tamen ppter humanam infirmitatem periculosum esse talē appetitum honoris/quia cum eo frequenter se ingerit vana gloria occulte vel reponitur finis in illo qui tamen non debet in eo constitui vltimate: sed potius debet referri talis honor in bonum honorantis vel in bonum reipublice.

¶ Sed occurrit dubium quod melius est honorare an honorari. Respōdendum est. Licet precisum honorare sit melius q̄ precisum honorari: nichilominus esse dignum honorari est meli⁹ q̄ esse dignum honorare. Primā partē ostendo sic. Omnis actus soluendi debitum ceteris paribus est melior q̄ actus suscipiendi debitum quoniam difficilior, sed honorare est actus reddēdi debitum & honorari est act⁹ suscipiendi ergo &c. Dixi noter precisum, qm̄ propter certam circunstantiam

positam hic & non illic posset volitio suscipiēdi debitum honorē esse melior q̃ volitio dandi quia stat q cum prima sit gratia & nō cum alia & ita erit meritoria & non alia. Item seclusa ista diuersitate stat q ille det honorē p̄cise. vt se ipsum absoluat a debito. Iste autem velit suscipere vt eius doctrina atq3 istructio vt populo, salubrior & magis edificatiua atq3 conductiua ad beatam vitā, quo facto talis volitio suscipiēdi taliter circūstantionata erit melior q̃ illa volitio dādi honorem

Secundam partem preassumpti declaro sic quoniam melius atq3 laudabilius est ꝓmeruisse debitum q̃ promeruisse distribuere tale debitum merenti: sed esse dignū honorari, est promeruisse illud bonum debitum & esse dignum honorare est esse dignum distribuere tale bonu3 merenti ergo melius est esse dignum honorari q̃ eē dignum honorare.

Sciēdum est q sub hoc genere iusticie distributiue scilicet distributione honorum continetur cultus latrie atq3 etiam cultus dulie: vnde Latria est honor deo datus sibi soli deo debitus Sed dulia est honor creature datus & sibi debit⁹. Ex isto patet q ydolatria est honor creature datus soli deo debitus.

¶ Sed dubitaret quispiam. Quis sit ille honor soli deo debitus, non genuflectio vel aliqua

in terram prostratio vel alia huiusmodi exterior operatio. ¶ Respõdetur ꝙ proprie loquendo talis honor latrie consistit ĩ hoc quod est fateri hoc esse summũ bonum siue ipsum esse deum & talis cultus exterior nõ dicitur ꝓprie latria nisi secundum ꝙ per actum interiorẽ refertur ĩ ipsum deũ. ¶ Ex isto correlarie sequitur ꝙ idem opus exterius per vnum actum interiorẽ relatum in deum diceretur latria qđ opus relatum in creaturã per alium actum interiorẽ diceretur dulia vel etiam diceretur idolatria si esset relatum per aliũ actum interiorem. ¶ Per hoc possunt solui multe difficultates circa materiam adoratiõis videlicet vtrũ humanitas christi sit adorãda adoratione latrie similiter potest inquiri de cruce christi. Solet cõmuniter dici ꝙ sunt adorar de adoratione latrie illud tamẽ videtur alicui dubium cũ sint creature Sed notandum est ꝙ dupliciter possit quis se habere in tali adoratione crucis vel humanitatis christi. Vno modo illi creature exhibendo exteriorem cultum & fatendo ipsam esse summum bonum, & sic esset idolatria neqꝫ aliqua creatura est adoranda isto modo adoratione latrie. Alio modo potest quis talem cultum exteriorẽ exhibere illi creature fatendo tamen illud cuius credit esse habitudinẽ esse summũ bonum: & ita intelligendum est ꝙ aliqua creatura adoranda est adoratione latrie. ¶ Dices latria, vt dictum est dicitur cultus datus deo soli deo debit⁹, sed ĩ illa ado

ratione crucis talis cultus saltē exterior non datur soli deo sed illi cruci ergo. Respōdetur negando minorem quia nō inconuenit ꝙ idem cultus latrie detur cruci minꝰ principaliter & ipsi deo: modo in proposito talis cultus in ipsum deum refertur per actum interiorem.

Sed quia latria & dulia pertinent ad eandē speciem iusticie que dicitur religio ad quā etiam pertinet oratio ideo occurrit aliquid dicendū de oratione. Pro quo aduertēdum est ꝙ oratio (vt in proposito capitur) dicitur eleuatio mentis i deum cum desiderio obtinendi aliquid ab eo: quare patet ꝙ per orationem exhibete homo reuerentiā deo pro quanto orando profitetur se egere deo tanq̄ bonorum auctore.

Sed notandum est ꝙ in oratione debite fiēda multa sunt cōsideranda scʒ cui fiat: a quo fiat qualiter fiat & de quo fiat, & ꝑ quo fiat. De quibus omnibus dicemus secundum ordinem.

Quo ad primum dico ꝙ debet fieri oratio deo & beatis, sed differenter & diuersimode, quia principaliter deo tāq̄ datori illius quod petitur. Sed fit oratio beatis tanq̄ intercessoribus, quod obtineant a deo nobis illud dari: & semper exaudiuntur beati orantes pro nobis, quoniam non petunt nisi quod vident in verbo deum precibus eorum nobis daturum. Cum igitur viatores etiā sancti & anime sancte in purgatorio existentes

non cognoscunt an deus sit nobis datur⁹ hoc vel illud: nec etiam cognoscunt orationess nostras prout beati cognoscunt i verbo in paradiso, ideo non fiunt orationes nostre illis sanctis purgatorii, vel sãctis viatorib⁹ sed his qui plene sunt beati Dices si beatus priusq̃ petit pro nobis cognosceret deum daturum illud quod petit: videtur ꝙ frustra peteret illud nobis dari. Respondetur negando consequẽtiam: quoniam licet deus proposuit nobis illud dare proposuit tamen dare illud tali medio scilicet orationib⁹ talis sancti & non alias. ¶ Quo ad secundum scilicet a quo debet fieri oratio. Respõdetur ꝙ soli creature rationali conuenit orare. Dicit̃ creature quare christus inquãtum deus non dicitur proprie orare ꝑ nobis nisi per cõmunicationem ydiomatum scȝ secundum humanitatem. Conuenit igitur orare tam beatis q̃ existentibus in purgatorio atqȝ etiã viatoribus.

Sed diceret aliquis beati non sunt in statu merendi, ergo nõ merentur exaudiri a deo & per consequẽs non videntur orare pro nobis. Respõdetur licet nõ sint in statu merendi sibiipsis sunt tamen in statu impetrandi & merendi aliis. Item alias meruerunt pro nunc exaudiri a deo. Nec solum pro viatoribus orant beati, sed etiam ꝑ animabus existentibus in purgatorio.

Sed argueret aliquis de existentibus in pur

gatorio, tales nõ orant pro seipsis: ergo a fortiori neq; pro nobis, & per cõsequens pro nullo orãt. ¶ Tangitur hic bona difficultas vtrum existẽtes in purgatorio orãt ꝓ se ipsis & orando exaudiantur. Est vna pia opinio tenens ꝙ sic, non tamen orant pro seipsis quãtum ad augmentum gratie vel glorie, sed quãtum ad abbreuiationem pene. Nec sequit̃ ꝙ statim a tota pena liberaretur, qm̃ illud non decet nec cõueniens est quare nec illud petunt: sed aliquãdo diminutionem pene postulant & exaudiũtur. Sed oppositum huius opinionis communiter tenetur & ẽ vero similius.

Sed occurrit vnum dubium an semper exaudiantur semper purgatorii orãtes pro viuis & viatoribus. Et videtur ꝙ non sicut nec semper exaudiuntur nostre preces & hoc ideo quia nõ vident diuinã voluntatẽ sicut beati & hoc credo esse verũ.

Sed argueret insuper aliquis superfluũ est orare sanctos: vt pro nobis orent igitur dicta nulla patet antecedẽs quia si sumus digni vt pro nobis orent orabunt esto ꝙ non oremus eos: si autẽ sumus indigni vt pro nobis orent, non orabunt esto ꝙ oremus eos. ¶ Respõdetur negando esse superfluum orare sanctos & hoc quia ordinatum est ꝙ medio orationum nostrarum sancti etiam orabunt ad dominum alias non.

Sed occurrit dubium. An sancti inferiores & minores sint inuocãdi sicut superiores. Respõ

dicēdū est q̄ licite peti possunt tā bōa spiritualia q̄ tēporalia & etiā mala pene sed differenter. Nā bona necessaria ad salutem possunt absolute peti i orationib⁹ vt remissio peccatoꝝ virtutes gratia & huiusmodi. Alia autē bona non sic necessaria saluti sed que aliquibus nocere possunt sunt i oratione petenda cum conditione, sc; si cognouerit deus illa nō nocitura saluti cuiusmodi sanitas honor diuitie eloquētia & huiusmodi, Sed mala pene vt infirmitates vel flagella nō debet quis ap petere nisi i ordine ad bonum, scilicet vt per illa quis conuertatur ad deum.

De quinto membro scilicet pro quo est facienda oratio respondetur pro defunctis orandū esse nō quidē determinate pro omnibus, sed pro quibus estimandum est q̄ illis proderit oratio. Quare non est determinate orandum pro illis quos esse in gloria credit ecclesia scilicet pro canonisatis quia tales nō egēt oratione nec etiā pro dānatis in inferno vel in limbo est orandum cum non prosit eis oratio: sed pro animab⁹ purgatorii est orādū determinate. Dixi determinate, certum est eīm q̄ nescim⁹ particulariter q vadūt ad paradisum aut infernū vel purgatoriū quo ad adultos: & ideo ꝓ omnib⁹ defunctis pōt quis orare. S; pro moriētib⁹ i excōmunicatiōe vel i aliquo mortali notorio/sine signis attritiōis: nō ē orādū oratiōe solēni: sc; dicēdo missā defunctoꝝ ꝓ eis, s; be

ne oratione priuata qm̄ potuerūt in extremis vi-
te penitere & ita remissionē peccatorꝝ obtinere q̄
re & esse in via salutis. Sed pro omnibus viatori-
bus viuentibus tam pro bonis q̄ pro malis etiam
prescisis ab ecclesia licitum est orare sed pro pre-
scisis videlicet excommunicatis & hereticis ē orā-
dum solum oratione priuata vt deus cōuertat eos
ad vnitatem ecclesie non autem pro illis est oran
dum orationibus communibus que fiunt pro mē
bris ecclesie quorum membrorū suffragio priuat
eos. ¶ Sequitur consequenter dicere de iuramen
to quod ad idem genus virtutis scilicet iusticie per
tinet. ymo iuramentum rite factū est actus latrie.
probatur sic, quoniaꝫ per ipsum exhibetur honor
deo sibi soli debitus. Nā in iuramēto legitime fa
cto inuocatur deus tanq̄ testis qui nec decipi nec
decipere potest. Quare per hoc attribuitur ei sum
ma scientia veritatis videlicet per illud quod non
potest decipi & summa bonitas ei attribuitur per
hoc quod nō pōt decipere. Et hac ratione muni-
ti aliqui & apparenter probatur iuramentum fa-
ctum cum debitis circunstantiis esse licitum Item
illud idem probatur auctoritatibus scribitur deu-
teronomi. sexto capite dn̄m deum tuum adorabis
& illi soli seruies ac per nomen illius iurabis & le
uitici decimo habetur Reddite dn̄o iuramēta tua
iuxta qđ dicit Augustin⁹ i sermōe de verbis aposto
li. Si pc̄tm̄ cēt iuratio nō diceret i lege reddes dn̄o
iuramēta tua. Itē i plurib⁹ locis sacre scripture iue

nitur dominum iurasse. Item iuramentum esse licitum approbat vniuersalis determinatio ecclesie vt multis canonibus constat. ¶ Ponitur igitur talis diffinitio. iuramentum est affirmatio vel negatio de aliquo sacre rei attestatione firmata. Dicitur enim iuramentum tanq̄ iure introductū Nā humana conditio tam ex defectu cognitionis veritatis q̄ ex defectu bonitatis labitur frequenter in mendacium, Quare vt in rebus humanis aliqua haberetur certitudo introductum est recurrere ad testem qui nec decipere nec decipi potest: & ille ē deus: Iurare igitur nihil aliud est q̄ deum in testē alicuius rei inuocare.

Sed diceret aliquis frustra inuocatur deus testis in hoc quum nullum prebeat illius rei testimonium inuocantibus. Respondetur q̄ non contingit rite iurare, quin in hoc seculo vel in altero fiet ab ipso deo manifestatio veritatis illius rei de q̄ fuit inuocatus in testem.

Sed occurrit dubium Vtrum liceat iurare p̄ creaturam. Respondetur q̄ dupliciter potest creatura inuocari in testimonium. Vno modo secundum se sic scȝ tāq̄ testē qui nō potest decipi & sic non licet per creaturam iurare quoniam crederetur in ea esse aliquid numinis diuini. Alio modo potest inuocari creatura in testem veritatis tanq̄ effectus ipsius testis infallibilis & sic iurare p̄ creaturam est iurare per ipsum deum cui subiacet ta-

lis creatura & ita iurare possimus per crucem sã-ctã & in manu episcopi vt patet in capitulo qui peierat vigesima secũda.q.quinta. Itẽ & per euã gelium capitulo si aliqua vigesima secũda.q.prima. Item licitum est per ordinẽ iurare vt capitulo quotiens prima.q.septima. Item & per salutẽ pricipis & tunc intelligitur iurare per deum in cuius iudicio salus principis consistit: Item licitum est iurare per altare & reliquias vt in capitulo habemus vigesima secunda questione prima. Item licitum est iurare per fidei interpositionẽ vt in capitulo ad aures extra de his q̃ vi met⁹ve cã fiunt.

Sed sciendum est q̀ q̃uis liceat per creaturã iurare non tamen conceditur ab ecclesia per quã cunq; creaturam iurare: ymo qui iurat per creaturam non concessam debet puniri. Vnde qui iurauerit per capillum dei vel aliter blasphemiam dixerit contra deũ/si sit clericus debet deponi si autem laicus debet anathematisari vt capitulo clericum vigesima secunda questione prima. & dicũt quidam doctores esse blasphemiam qñ iurat̃ per membra domini que in aliis hominibus reputantur inhonesta, sed iurare per membra domini que non censentur turpia vel inhonesta non est illicitum nisi fuerit aliunde mala circunstantia.

Sed quereret aliquis an iuramentum ab idolatria per idolum factum obliget. ¶ Respondet q̀ sunt illic duo consideranda scilicet ipse iurans

&.recipiens iurantum. ¶ Primo ipse iurans peccat.tamen si de re licita iurauerit obligatur reddere:& credo firmiter illam obligationem non consurgere ex vi iurandi per ydolum:sed ex vi ꝓmissionis illic contente.

¶ Sed dices iuramentum illicitum nonq̃ obligat ¶ Respondetur verum est, quando tale iuramentum est illicitum merito rei de qua fit.hoc est quando factum est de re illicita.secus est si aliunde fiat iuramentum illicitum.

¶ Sed quereret aliquis an licitum sit suscipere iuramentum ab ydolatria pro cautione atq; securitate alicuius agibilis. ¶ Respondetur breuiter ꝙ sic:sed non licitum est inducere ipsum ad iurandum (intelligēdo continue de iuramēto per deos alienos) facto. Istud est de mente Augustini tertia epistola ad publicolam & habetur capitulo mouet te vigesima secunda questione prima. Et conformiter beatus thomas secunda secunde & bonauentura in tertio satis bene istud declarant.

¶ Sed occurrit insuper aliud dubium quod iuramentoꝝ magis obligat.sc; factum per deum aut factum per euangelium. ¶ Respondent aliqui ꝙ primū magis obligat,alii vero ꝙ secundū.alii autē ꝙ ceteris aliis paribus equaliter obligant retēta equali solemnitate,tamen quicquid sit videtur mihi ꝓbabiliter dicēdū ꝙ q̃cunq; cōditio excellētie atq; nobilitatis superaddita,auget obligatiōe; iuramēti.ita ꝙ reddit periuriū grauiꝰ,exēpli grā:

Vno iurãte per deũ,& altero per deũ omĩpotẽtẽ creatorẽ celi & terre:secundum periuriũ esset grauius q̃ primum. Quũ igit̃ euãgelium dicat additionẽ excellẽtie vniõis ipsius humanitatis ad verbum diuinum:videtur esse grauius iurare per sancta euangelia q̃ per solu; deum. Ex isto clare patet qualiter liceat iurare per creaturã & q̃lr̃ non,

¶ Sed pro ampliori declaratione & ad sciendum quando iuramentum est licitum. notandum est q; tres sunt comites iuramenti liciti que habent̃ hieremie quarto. Iurabitis. viuit dominus in veritate iudicio: & iusticia. ita q; iste tres conditiones dñt inesse iuramẽto scʒ veritas illi⁹ qđ asserit̃. veritas quidem existimata) quod dico notãter. qm̃ iurans credens illud esse falsum est periurus, esto q; illud quod iurat sit verꝫ: & credens inuincibiliter eẽ verum quod iurat nõ est periurus dato q; id q; iurat sit falsum. Secũda cõditio est iudiciũ scʒ discretionis. puta q; nõ ex quadã leuitate assumatur temerarie nomen dei sed cum discretione honoris/ & reuerentie. Tertia cõditio est q; sit iusticia hoc est q; iuramentum fiat de re iusta & pro causa rationabili, & ad istas tres conditiones reducuntur alie circunstantie que per has dictiones designãtur, Quis/cui/quid/per quid/ad quid/ cur/quomodo/quando, Et sub circunstantia quando intelligitur circundantia vbi. & per quãlibet istarum circunstãtiarꝫ indebitã. reddet̃ iuramẽtum illicitum Cõsideretur igit̃ quis. i. persona iurans. Secundo

cui id est persona cui datur iuramentum. Tertio quid.i.id de quo fit iuramentu;,Quarto per quid scilicet per deum aut creaturam. Quinto ad quid id est q͏̄ sit debitus finis. Sexto cur:i.cum causa rationabili.Septimo quomodo.i. cum discretiōe & reuerentia diuini nominis.Octauo quando.i.obseruato tempore debito & similiter de loco.& signanter inter illas circunstantias venit obseruanda circunstantia cur, videlicet cause rationabilis & talis quidem est notabilis vtilitas alicuius persone vel boni communis: Aliter redderetur iuramentum temerariū vt claret iuxta sententiā beati Augustini libro sermonis in montem domini dicentis.non esse iurandum nisi cogat necessitas.

¶ Sed quereret aliquis circa predicta.an iuramētum sit actus bonus ex genere vel sit actus indifferens. ¶ Respondetur iurare verum est actus bonus ex genere,patet est actus qui in se consideratus est bonus nisi ex aliqua circunstantia reddat malus:& hoc etiam fuit superius multis auctoritatibus probatum,¶ Sed obiicitur sic. est prohibitum iurare.ergo est malum ex genere,añs patet scribitur Mathei quinto, Dico vobis non iurare omnino. & Iacobi sexto Dico vobis fratres mei nolite iurare.

¶ Pro ista obiectione sciendum est q͏̄ quādoq; in scriptura videtur precipi iuramentum & quandoq; alibi prohiberi,Sed tamen considera=

to fine/fiet concordia. In veteri enim testamento precipiebatur iurare per deum, vt retraheretur populus a iuramento ydolorum ab ydolatria, & conferetur ad dominum. Sed in nouo testamēto ꝓhibetur iurare & sub tali forma ꝓhibitionis prohibetur potius periurium aut dissuadetur frequentia iurandi etiam licite ne acquiratur pronitas & fortis consuetudo iurandi, qm̄ cum frequenter homines sint mēdaces si foret pronitas iurandi tūc regulariter firmarent dicta sua iuramento quare sepe inciderent in periuria.

¶ His dictis de diffinitione & substantia iuramenti restat cōsequenter tractare de obligatione iuramenti. ¶ Pro cuius intelligentia est ꝑnominandum esse duplex iuramētum: scilicet assertoriū & promissorium. Iuramentū assertoriū distinguēdo a promissorio est iuramentum alicuius nō tanq̄ agendi & exequendi ab ipso iurante Sed iuramentum ꝓmissoriū est iuramentum alicuius tāq̄ agendi siue exequendi ab ipso iurante. Et differunt penes modum obligandi quoniā ipsum iuramentum assertoriū precedit obligatio de non asserendo falsum: & ipso iuramēto facto non remanet amplius obligatio. Sed ipsum iuramentū promissorium obligatio cōcomitatur ita q̄ facto iuramento promissorio remanet obligatio exequendi illud quod iuramento firmatum est.

Secunda diuisio. iuramentorū quoddā est

dolosum: quoddã incautum, quoddã coactum, & quoddã nullum illorũ modorum participans. Iuramẽtum dolosum est iuramẽtum quo iurãs intẽdit oppositum facere illius quod iurat: vel intendit se non obligare. ¶ Et difficultas est tã inter theologos q̃ canonistas an tale iuramẽtum dolosum obliget iurantẽ. Tenet doctor subtilis i tertio distinctione .xxxix. q̃ tale iuramentum dolosum non obligat ad exequendũ id qđ iuratum est, & ponit talẽ regulam. In obligationib⁹ priuatis nemo obligatur nisi intẽdens se obligare, & ita cõformiter ante doctorẽ subtilẽ tenuerunt hanc opinionem: Richardus / & Bonauẽtura: & alii multi: & ratio suadens opinionem est hæc, quoniam in matrimonio aut volo tota obligatio cõsurgit ex consensu quo quis intendit se obligare. In isto cõueniunt omnes doctores nec videtur sufficiens ratio dissimilitudinis i iuramento ergo etiam tota obligatio iuramenti ꝓmissorii ex consensu consurgit. ¶ Item obligatio talis iuramenti nõ nisi ex promissione illi iuramento annexa consurgit: sed in promissione simplici non cõtrahitur obligatio nisi ex consensu ergo neq; i iuramento (& intelligas in proposito nullam contrahi obligationem in foro dei) quoniã in foro exteriori siue in foro iudiciali solet cõmuniter dici obligationem contrahi. ¶ Sed istud includit magnã & bonam difficultatẽ: exẽpli gratia loquamur de matrimonio per verba iã de ꝑsenti firmato, sed sine

consensu interiori alterius partium & sic arguo. Sunt titius & berta persone cõtrahentes realiter berta nõ est sua ergo nullo modo obligaẽ redde re debitum berte ymo obligatur non reddere illo stante & per consequens nõ obligatur in foro ex teriori, ideo breuiter teneo pro nũc q titius stante casu i nullo foro obligaẽ reddere debitum berte. ¶Sed pro cõmuni loquendi modo hominũ est illum prouerbiũ sic intelligendum, obligatur in foro exteriori: id est reputatur obligatus in tali fo ro a iudice, quoniã non potest iudici constare eui denter de interioribus: quare reputat illum obli-gatum faciẽtem secundum cõmunem formam.

Sed obiicitur sic sequeretur tunc q nullus contractus esset valid⁹ saltem nulli constaret de eius valore. sequella probatur quoniam per dicta nulla cõsurgit obligatio nisi ex cõsensu obligan tis, ergo nulla consurgit dominii trãslatio nisi ex consensu. Sed nulli constat de consensu interiori ergo neq; constabit de valore cotractus.
¶ Respondetur q istud argumentum equaliter militaret de matrimonio & voto, quoniam secun dum communem doctrinam obligatio matri-monii aut voti consurgit ex consensu interiori: & non constat de tali consensu, ergo nec de valore matrimonii / aut voti. Ideo dico resolu-torium q̃q̃ de valore siue obligatione matrimo-nii voti aut iuramenti non constat nobis argu-

mento euidentie constat tamen argmento con-
iecturali sufficienti ad pcedendum in viam hu-
manā quia licet secundū cōmunem formā factā
est rei dispositio, & semper in bonam partē psu
mendum est, nisi euidenter constet de opposito.
¶ Replicatur sic, fraus & dolus nemini patroci-
nari debent capitulo sedes de rescriptionibus: et
capitulo ex litteris de do. & contu sed iste per iu-
ramentum suum dolosum reportaret cōmodum
quoniam berthe non maneret obligatus exequi
quod iurauit. ¶ Respondetur negando illam cō
sequentiam. Verum est enim: q͛ propter dolum
interuenientem, scilicet quo interius intendit non
se obligare de facto non est etiam obligatus: sed
in infinitum maius i cōmodum incurrit per hoc:
scilicet peccatum mortale, & propter hoc realiter
cogetur a iudice explere quod iurauit se facturū
quoniam non habet iudex curare de tali consen
su interiori, sed sufficit ipsi iudici exteriora ad p-
cedendum secundum humanam viam.

Sed replicatur sic per illud Isidori de sum
mo bono, quod habetur in capitulo quecunqꝫ vi
gesima secunda: questione quinta vbi dicitur.
Quacunqꝫ verborum arte quis iurat deus qui est
cōscientie testis capit hoc secundum quod ille cui
iuratur intelligit, sed ille cui iuratur intelligit cō
trahi obligationem ex illis verbis, ergo & deus
illud approbat. Respondetur q͛ illud dictum Isi
dori intelligitur de verbo multiplici siue de ora-

tione equiuoca multos sensus habente.

Circa istud est sciendum q̄ si ab aliquo quis malignando exigat iuramentum violenter de aliquo quo nō debet: potest talis licite vti verbo duplici ad euitādam maliciā ipsius petētis inoportune iuramētum, capiendo in alio sensu id quod iurat, q̄ capiat ille cui fit iuramentum, & talis est dolus qui ab aliquibꝰ dicitur bonus dolus. ¶ Vnde bonus dolus est astucia quedam in verbo aut facto citra intentionē mendacii ad refellendam malignantis prauitatem: i verbo quidem scilicet vtendo oratione equiuoca habēte vnum sensum verum in quo fiat assertio interior. In facto autē: videlicet operando aliquod ex quo alter maliuolus concludat atq; existimet de euentu aliter q̄ sit propter quod diuertatur a sua prauitate. ¶ Sed obiicitur sic: sequeret̄ q̄ mulier adultera post confessionem peccati a sacerdote, si maritus violenter exigeret iuramentum posset ipsa licite iurare de adulterio se non esse in culpa. Respōdent aliqui q̄ non licet illi mulieri sic iurare: ymo tale iuramentum esset temerarium cum ipsa non sit certa: An fuerit sibi remissum peccatum: posset tamen mulier aliter procedere videlicet vtendo verbo duplici in aliquo sensu vero, alio q̄ intelligat maritus. ¶ Sed prima pars huius responsionis est dura nimis, & sic arguo in istis materiis non requiritur certitudo euidentie: sed sufficit certitudo coniecturalis atq; probabilis, qualis sufficit in

aliis materiis moralib⁹ ad procedēdum scdm hu manā viā. Sed tali certitudine potest quis esse cer tus de remissiōe peccati & datione gratie, ergo li cebit cum causa rationabili de illo iurare, & hoc teneo pro nunc ꝓpter argumentum factum.

Sed occurrit dubium secluso casu p̄sentis difficultatis si quis in iuramento vtatur verbo du plici questio est ex quo illorum sensuum consur git obligatio. Respondetur conformiter ad dicta ꝙ vera obligatio cōtrahitur ex sensu assertionis ipsius iurantis secundū quē intendebat se obliga re. Dixi notanter vera obligatio: quoniam iudex non semper reputabit obligationē ex illo sensu quē iurās pretendebat. Sed potius ex sensu quem pretendit cōmunis hominum intelligentia ad excludēdas malorum cautelas in iudiciis. Distin guit tamen gratianus de dubio moto, vt claret in capitulo. Ex his: causa, vigesima secunda questio ne quinta. Vbi ait. Aut neuter habet dolum & sic debent verba aptari secundum qđ melius possunt intentioni vtriusq;. Sed si vterq; habeat dolū de bent accipi verba secundum cōmunem hominū intelligentiam. Si alter dolum habeat: & ali⁹ non debent accipi verba secundum intentionem non habentis dolum.

Sed circa istud sciēdum est ꝙ verba que exi guntur i aliquo foro, suscipiunt interpretationē secūdum qualitatem fori quare si reus vocatur in

iudicium:& interrogetur a iudice super facto omnino occulto:& ab eo exigat iuramentum est opinio probabilis valde q potest talis licite simpliciter iurare non feci, neq propterea est periurus, quoniam illud iuramētum suscipit interpretationem secundum qualitatem illius fori scilicet publice:ita q illa propositio simpliciter ꝓlata subordinatur isti mentali.non feci hoc in tali foro in quo me interrogas:& secundum hanc interpretationem suscipit deus illud iuramentum/neq3 debet iudex vlterius inuestigare. Nam debet interiora relinquere deo, que non possunt ad forum eius sufficienter deduci

¶Sed occurrit aliud dubium de iuramēto indeliberato. Vtrum obliget iurantem. Respondendum est consequenter ad ea que dicta sunt q ex tali iuramento non consurgit obligatio, quoniam obligatio i iuramēto non consurgit nisi ex consensu & cum fiat tale iuramentum sine deliberatione nō est illic consensus se obligādi ad tale iuramētum & per consequens neq obligatio.

¶Sed maior difficultas est vtrum periurium taliter indeliberate factum ex lōga cōsuetudine sit peccatū mortale. Aliqui respōdēt q sic:s3 hec sententia est dura valde multis.sed mitius & apparēter respōdet doctor subtilis in tertio distin.xxxix. q tale periurium indeliberate factū nō est peccatum mortale,qm̄ deus nō est pronior ad cōdēnādum q̄ ad parcēdū s3 nō est aliquis act9 meritori9

neq3 bonus sine plena deliberatione: ergo neq3 malus: & ponderanda est illa particula sine deli beratione: eo q difficile est bene discernere de ipsa deliberatione: quoniã quẽ admodum habit⁹ reddit hominẽ pronũ atq3 prõptũ ad operandũ datur etiã habitus alius reddens hominem promptum ad deliberandum: & ita homo habituatus adeo prompte deliberat q imperceptibilis videtur deliberatio, talis tamẽ deliberatio sufficit ad peccatum.

Sequitur consequenter dicere de iuramẽto incauto & eius obligatione. Pro quo aduertẽdum est q iuramẽtum incautum: est iuramẽtum quod ex modo iurandi aut ex materia iuramento indebita maliciam cõtrahit. Et de isto iuramento est difficultas vtrum obliget iurantẽ implere qđ iuratum est. Respõdetur primo q si fuerit iuramentũ incautum ratione alicui⁹ circunstãtie impertinẽtis ipsi obligationi: non propter hoc tollit̃ quin sit obligatorium: exẽpli gratia. Si fuerit iuramentum de aliquo licito: tamen sine debita reuerentia vel ꝑpter indebitum finẽ/ tunc ex tali iuramẽto cõtrahitur obligatio implendi quod iuratum est. ¶ Correlarie sequitur q aliquod iuramentũ illicitum obligat iurantẽ implere quod iuratum est licet hoc non sit/ea ratione qua est illicitum.) Sed si iuramẽtum fuerit incautum ratione materie ipsi iuramento indebite, tunc nõ obligat iurãtem: ymo iurando peccat/ & iterum implẽdo no

uam culpã incurreret/quare duob⁹ peccatis pecca ret. ¶ Et ponitur hec regula. Omne iuramētum de alio pcept. diuino vel cõsilio nõ implẽdo, aut de peccato mortali vel veniali cõmittẽdo est iu= ramentum incautũ Nam omne iuramẽtũ qđ de= rogat charitati est incautum, & omne tale est eius modi, quare nullum tale iuramẽtũ obligat iuran tem. Iuramẽtum quidẽ de pcepto diuino nõ iplẽ do cõtrariaẽ immediate charitati, & iuramẽtum de cõsilio nõ implendo cõtrariatur indirecte: qm̃ ponit obicẽ spirituisancto. Nã consilia sunt qdã dispositiones ad gratiã, licet non sint necessaria ad salutẽ. ¶ Habeatur igitur, & seruetur consiliũ Isidori: qđ habetur. xxii. q. iiii. in malis promissis rescinde fidem & in turpi voto muta decretum. Et eadẽ questione habetur consiliũ Gregorii. Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, qđ seruatum vergat ĩ peiorẽ exitum illud salubriori consilio mutãdũ nos vellem⁹, quare pt5 q nullũ iuramentum obligat factum de aliquo quod me lius est non facere q̃ facere. ¶ Ex dictis sequũtur correlaria. ¶ Primum, iuramẽtum quo mulier iu rauit seruare fidem adultero in opere explendo nõ obligat eã, ymo iurando peccauit & seruãdo de nouo peccaret. ¶ Scđo sequitur q iuramentũ quo quis iurauit socio iuuãti ad spoliandũ q di= uiderẽtur inter eos spolia nõ obligat ipsum com municare illi ĩ spolia. ¶ Tertio sequitur q dauid qui iurauerat occidere Nabal: nõ peccauit con=

trauenie͂do iurame͂to, ymo peccasset iple͂do: io͂ sa lubriori co͂silio mutauit ꝓpositu͂. ❡ Quarto seq̄r ꝙ satis fatuꝰ fuit herodes da͂s caput ioa͂nis baptiste herodiade filie eiꝰ, ex iurame͂to quo iurauerat se daturū q̄cquid peteret. Na͂ tale iurame͂tu͂ fuit incautu͂ ro͂ne materie iurame͂to debite, q̄re no͂ obligabat: io͂ veniebat salubriori co͂silio muta͂du͂: nullꝰ em̄ co͂traueniedo tali iurame͂to reputa͂dꝰ e͂ piurus. sed prude͂ti co͂silio illumiatꝰ. ❡ Co͂seq̄nter dice͂du͂ venit de iurame͂to coacto & de eius obligatio͂e. ꝓ quo aduerte͂du͂ e͂ ꝙ iurame͂tu͂ coactu͂ dr̄ iurame͂tu͂ metu alicuiꝰ extortu͂, itaq͝ aliter no͂ fuisset p̄stitu͂ sc͝ nisi ad aliq̄d malu͂ vita͂du͂, Vn̄ dupliciter p̄t itelligi iurame͂tum esse coactum. Vno mo͂ coactio͂e co͂se͂sꝰ voluntatis. & sic nullum p̄t ee͂ iurame͂tu͂ coactum, p͝ no͂ p̄t cogi voluntas ad suu͂ ꝓprium actum. Alio mo͂ p̄t itelligi iurame͂tum esse coactum quadam coactione impropric dicta, scilicet forti inductio͂e qua voluntas ꝓpter aliq̄d malum vitandum iducit̄ ad iurame͂tum, & talis iductio no͂ e͂ ꝓprie coactio ymo e͂ libera electio ꝓpter hoc & e͂ electio huius ad fugie͂dum aliud: & hoc mo͂ co͂iter capit̄ iurame͂tu͂ coactu͂. ❡ Est igit̄ difficultas & dubium an iurame͂tum sic coactum obliget iura͂te͂. Rn̄r si fuerit iurame͂tum assertoriu͂ & tali metu qua͂tocunq͝ fiat assertio false tunc est verum periurium & includens me͂dacium. quare e͂ illicitum, & iura͂s peccat: & q̄q̄ excuset̄ a ta͂to p̄p metum, no͂ tn̄ a toto: qm̄ vt multis auctoritatibus

&varíís canonib⁹ alias mõstrauimus: ꝙ ꝓ nullo malo vitando: in se vel in proximo licet mentiri, sed si fuerit iuramẽtum promissoriũ, dico etiã ꝙ quocunqꝫ metu fiat si iurãdo intendebat nõ iplere, tunc in suo iuramẽto includebat̃ mendacium quare peccabat ipse iurãs. ¶ Sed difficultas est. An ex tali iuramẽto promissorio facto vi metus cõtrahat̃ obligatio adimplendi qđ iuratum est. Ad hoc dubium respõdet hostiẽsis & raimondus & fere amnes alii canonistc, ꝙ cum voluntas nõ possit cogi si ibi ĩteruenĩat cõsensus, tale iuramentum indistincte obligat, scꝫ tã ĩ foro ecclesie q̃ in foro dei. ¶ Sꝫ cõtra eos obiicit̃ sic, dicũt ipsimet ꝙ matrimoniũ tali metu impedit̃ similiter ĩ voto scꝫ ĩ ꝓmissiõe dotis, similiter ĩ cõdendo testamento, similiter ĩ alienatiõe rei ecclesiastice: similiter ĩ iurisdictiõe ꝓrogãda: similiter ĩ ꝓlatiõe snie, et tñ certũ est ꝙ ĩ istis casib⁹ nõ maior est metus nec est min⁹ de volũtario q̃ ĩ aliis casib⁹ ꝓmissoriis, ergo q̃tum est ex pte talis coactiõis, si hic impediat̃ obligatio ẽt ĩpediet̃ ĩ aliis. ¶ Iõ aliter r̃ndet bonauẽtura, ad dubiuꝫ motum ĩ suo tertio di. xxxix. dicẽs ꝙ tale iuramẽtuꝫ obligat ĩ foro dei, qñ de⁹ respicit voluntatẽ: mõ nõ põt voluntas cogi, sed tale iuramẽtum nõ obligat ĩ foro ecclesie, qm̃ cũ fuerit tale iuramẽtuꝫ metu extortũ, iudicat ecclesia nõ fuisse verꝫ cõsẽsum, & iõ opposito mõ esset de tali iuramento coacto, & de iuramento doloso quoniã secundum iuramentum dolosum obligat in foro ecclesie & non in foro dei.

¶ Sed contra in tali iuramento stat nullum fuisse consensum se obligandi: ergo non contrahetur illic obligatio in foro dei: & per cõsequens erit illa distinctio adhuc insufficiens. ¶ Dico igitur resolutorie distiguendo q̃ iuramentum coactũ obliget iurantẽ qm̃ vel talis sic iurans intendit se obligare vel nõ intendit se obligare. si intendit se obligare ita q̃ sit ibi cõsensus tunc est difficultas magna qm̃ in quibusdam contrahitur obligatio etiã in foro dei & in aliis non vt in matrimonio & voto, Ideo videtur q̃ preter consensũ requiratur alia causa ad contrahendã obligationem. Et videtur mihi dicendum q̃ requiritur approbatio superioris ex cuius volũtate pẽdet obligatio, declaro istd, Certum est q̃ alique persone sua propria nõ possunt alienare vel matrimonium ducere aut votũ obligatoriuz emittere ita q̃ quocunq3 cõsensu earum posito non consurget obligatio. & ita applicando istud ad propositum nostrum dico secũdũ qualitates negociorum contingit q̃ propter metum interuenientem non approbetur ab ecclesia vel etiam a deo consensus. quapropter ex tali cõsensu non consurget obligatio vbi tamen forte in aliis materiis nõ tãti põderis nõ obstãte metu approbabitur ab ecclesia cõsẽsus & ẽt a supiori quare cõtraheẽ vera obligatio. Dico igr̃ quũ q̃rit an tale iuramẽtũ coactũ sc3 metu p̄stitũ posito ẽt cõsensu se obligandi obliget iurãtẽ in foro dei aut ecclesie: distingo qm̃ vel talis cõsẽsus ,ppter põd' ma-

terie nõ approbat a superiori illius fori, sic nõ cõ trahit obligatio. si aũt approbetur talis cõfes⁹ tũc cõtrahitur obligatio. ¶ Dicam⁹ cõseq̃nter de re= laxatiõe iuramẽti & p̃mittatur hec regula. Oẽ iu= ramẽtũ ãt votũ vel ꝓmissũ ẽt absolute fc̃m̃ h₃ cõ ditiões tacitas & tacite sub ĩtelligẽdas, & h₃ q̃de₃ cõditiões illas tacitas quas prudẽs scd̃₃ rectã rõnẽ diceret eẽ subĩtelligẽdas. Quare nõ erit ipi⁹ iurã= tis dicere ĩtelligebã si hoc poneret vel illd̃ s₃ erit ipsius recte rõnis dictare cõditiones & varias qui dem conditiones tacitas suscipit secundum mate rie varietatem de qua fit iuramentum votum vel promissio. ¶ Et ponatur alia secunda Talis iura menti voti vel promissionis conditionem haben tis non contrahitur obligatio nisi stante cõditiõe in esse: & notes ꝙ si quis iuramentum votum vel promissionem attentaret facere omni conclusio= ne seclusa tale iuramentum esset illicitum.

¶ Correlarie sequitur ꝙ non contingit aliquod iuramentum votum vel promissum esse licitu₃ ni si explicite vel implicite sit conditionatum & ge= neralis quidem conclusio est nisi occurrat rationa bilis causa propter quam secundum rectam ratio nem iudicaret prudens esse dimittendum illud,

¶ Sed conditionum particularium precipua est superioris auctoritas reseruata hoc est nisi supe= rior habens in hoc potestate relaxet illud vel con trariu₃ precipiat, Queres cuius superioris auctori tas reseruata intelligatur, Respondeo breuiter ꝙ

intelligitur indifferenter auctoritas cuiuscunq; superioris in materia iuramenti facti iurisdictioné atq; potestatem super iurantem habentis.

⁋ Correlarie sequitur q si tibi exnti sano iurauerã restituere gladiuз quãdocũq; peteres. Et postea existens in furia petis gladiuз nõ sũ ꝓ tũc obligatus vi iuramenti dare tibi gladium, Nã illud iuramentum ẽt absolute factum habebat tacitam cõditionẽ: scз nisi occurrat cã rõnabilis nõ dandi sed non ponitur nunc ista cõditio. quare non consurgit pro nunc obligatio. ⁋ Secundo sequitur q si iurauerim me tibi daturum hoc vel illud & postea me absoluas. non ero periurus non dando, quoniam illud iuramentum habuit conditionẽ tacitã scilicet nisi me absoluas a promissione. ita si propter aliquem euentum efficiar impossibilitatus non ero periurus non implendo quod iuraui. qm̃ iuramentum habuit conditionem illam tacitam.

⁋ Multa alia exempla in diuersis materiis adduci possunt de quibus est consimile iudicium,

⁋ Tertio sequitur q facta promissione ipsi deo q faciam celebrare missam si fratri meo restituatur sanitas tunc non consurgit obligatio nisi ponatur conditio illa in esse: ⁋ Et notandum ẽ q iuramentum votum vel promissio facta cum pluribus cõditionibus potest dupliciter se habere ad illas conditiones scilicet copulatim vel disiuncti. si conditiones ille adiungantur copulatim tunc se habent vt vna tota conditio quare altera earum

nō posita nō cōsurgit obligatio: exēpli grā. voui me visitaturꝫ limia apostolorꝫ si de⁹ restituat sanitatē frī & sorori lāguidis & cōtigit frēꝫ mori cōualescēte sorore: dico nō sū obligat⁹ visitare limina apostolorꝫ: pꝫ nō ē posita tota cōditio voti sed si ille cōditiōes adiūgerēt disiūcti vtputa visitabo limia apostolorꝫ si sanet̄ fr̄ vel soror sufficit poni vnā illarꝫ ad cōtrahēdā obligationē & ad tollendā obligationē oporteret nullā earꝫ poni, ¶ Sed circa materiā de dispēsatiōe iuramēti ponit̄ hec regula. illius ē relaxare obligationē iuramēti i cuius fauorē directe factū ē iuramētū & nō illius cui iurat̄ nisi in eius fauorē fiat, exēpli grā iuraui tibi me daturꝫ decē titio dico. ꝙ ipsius titii ē relaxare hoc iuramētū & nō tuū ē, ¶ Correlarie sequitur/ ꝙ si fiat iuramētū directe i fauorē psone pticulariter illi⁹ persone ē dispēsare siue relaxare: si autē factū ē in fauorē dei intuitu pietatis aut boni cōmunis dico ꝙ vicē gerētis dei ē dispēsare siue relaxare obligationē iuramēti vt iuraui me visitaturū limia apostolorū dico ꝙ ipsius vicē gerētis dei ē relaxare hoc iuramētū currēte cā rōnabili, Et si cōtingat includi circūstātias diuersas. Vnam in fauorem vnius & alteram in fauorem alterius illius est relaxare obligationem circunstantie in cuius fauorem posita est: exempli gratia sortes & plato sibi inuicē iurauerunt se visitaturos simul limina apostolorum. Dico ꝙ vtriusqꝫ est relaxare obligationem simul visitandi.

& de ista dispensatione videbimus amplius in materia de voto.

Sed difficultas occurrit an liceat exigere iu⸗ramentum ab eo qui creditur periuratur⁹ se ipsum ¶ Respondendum est breuiter q licet persone publice prout est persona publica & secundum or⸗dinem iuris/petere iuramentum a tali sed non li⸗cet persone particulari aut si fuerit publica nō pro⸗cedens vt publica vel procedens non secundū or⸗dinem iuris ymo peccaret prebendo proximo oc⸗casionem ruine. ¶ Sed alia occurrit difficultas de illo qui efficitur impossibilitatus implere iuramē⸗tum Vtrum impossibilitas simpliciter deobliget ipsum an ille in cuius fauorē factū ē iuramentum ¶ Respondetur q̄tum ad ipsum iurantem si quā⸗do iurauit preuidebat impossibilitatem peccauit iurando. si autem credebat fore possibilitatē: hoc dupliciter, quoniam si erat crudelitas quedā teme⸗raria & sine apparentia probabilitatis rationabi⸗lis & tunc illud iuramentum fuit temerarium & il⸗licitum non tamen proprie fuit periurium. sed si probabiliter credebat fore possibilitatem in illo quod iurabat tunc nō fuit iuramentum illicitum sed q̄tum ad deobligationem siue peccauerit iurā⸗do siue non: dico q impossibilitas superueniens deobligat ipsum pro tēpore impossibilitatis. Q̄d notanter dicitur quoniam si postea detur sibi fa⸗cultas reuiuiscit obligatio. ¶ Dicto de iuramen⸗to & speciebus eius restat dicere de periurio. an sci

tis est ipsum illo actu esse nolitum aut volitũ quẽ admodum aliquid esse obiectum notitie est ipsuꝫ per illam notitiaꝫ cognosci. Querere igitur an circunstantie sint obiecta actus interioris est querere an isto actu sint nolite aut volite. Et resolutorie respõdeo ꝙ alicuiꝰ actus interioris circũstantie nõ sunt obiecta & alicuius actus interioris circunstã tie sunt obiecta, istud declaratur sic. Eliciat volũtas istum actum. volo dare elemosinã, nullo modo consideratis circũstantiis, certum est ꝙ illius actus interioris nullomodo sunt obiecta. Patet cum isto actu interiori: circũstantie non sunt volite aut nolite, sed si ex alia parte consideratis circũstantiis debitis voluntas eliciat istam volitionem volo dare elemosinaꝫ vbi oportet/ & quãdo oportet/ & qualiter oportet. Dico ꝙ illius actus interioris circunstantie sunt obiecta, patet illo actu circunstantie sunt volite. ¶ Sciendum est insup ꝙ actus voluntatis licet presupponat alios actus tamen libere causatur a voluntate, Voluntas em̃ dicitur causare libere: quoniam positis omnibus causis sufficientibus ad actum suum elicere potest illum aut actum oppm̃ illi aut neutrum producere. Quare est libera libertate contrarietatis & libertate contradictionis. Libertas enim contrarietatis consistit in hoc ꝙ positis causis sufficientibus ad actum suũ põt voluntas elicere actũ contrarium. Libertas enim contradictionis consistit in hoc ꝙ positis causis sufficientibus ad ac

tum suum potest nullum actum elicere vel omnem actum suspendere. ¶ Et dico ꝙ cause sufficientes ad actum suum producendum: sunt noticia obiecti & ipsa voluntas: semper includendo generalem concursum prime cause. Ex isto patet ꝙ non sequitur voluntas omnem actũ suũ suspendit ergo vult omnem actum suum suspendere: immo sequitur oppositum: ergo nõ vult omnem actum suum suspendere.

¶ Dicamus consequenter quid sit actus imperatus. Vnde actus imperatus est actus causatus mediante imperio voluntatis imperãtis ipm fieri: ita ꝙ voluntatem imperare alicui potentię est partialiter concurrere ad ꝓductionem actus illius potentie & hoc mediãte suo ꝓprio actu voluntatis: nec incõuenit eundem actum esse elicitum & imperatũ. verbi gratia: volo diligere deũ illa dilectio est actus elicitus vt constat: ita etiam imperatus, quoniã est actus volitus causatus mediante imperio voluntatis.

Restat igitur de singulis potentiis videre quale sit dominium voluntatis supra eas. Ad hoc respondetur per propositiones. ¶ Prima ꝓpositio. voluntas non habet dominium nisi sup potentiam ad cuius actum effectiue potest concurrere & super omnem talem potentiam dicitur habere dominiũ. ¶ Secunda propositio, Voluntas non dominatur potentie vegetatiue. patz

non concurrit partialiter ad productionem act⁹ potentie vegetatiue cuiusmodi sunt nutritio/augmentatio/& digestio: ymo applicatis causis nō ē in libera potestate voluntatis illas operationes fugere vel non: ideo talis operatio non est libera: & per consequens non est moraliter bona vel mala. ¶ Tertia propō, Voluntas non dominatur potentie sensitiue exteriori, ptꝫ sic, non concurrit partialiter ad productionem actus potentie sensitiue exterioris siue cognitiue/ siue appetitiue: quia operatio sensus exterioris non est libera & per consequens non est moraliter bona vel mala, ¶ Quarta propositio: Voluntas non dominatur directe sensui interiori, ptꝫ: non concurrit partialiter ad productionem actus eius, & per consequens operatio sensus interioris non ē libera, ideo non est moraliter bona vel mala,

¶ Quinta propositio, Voluntas dominatur intellectui q̄tum ad aliquos actus, & q̄tum ad aliquos non: pro quo aduerte ꝙ duplex est noticia, scilicet apphensiua & iudicatiua. Iudicatiua est duplex: scilicet euidens & ineuidens. Ad productionem enim noticie apphensiue non concurrit voluntas, neqꝫ ad productionem assensus euidentis, quia talis operatio est non libera: & per consequens non est moraliter bona vel mala. Sꝫ potest concurrere partialiter ad productionem noticie ineuidentis cuiusmodi sunt assensus articulorum fidei. Quādoqꝫ enim motiuū est tā debi

le q͛ non sufficeret per se causare assensum talis propositionis ineuidentis. Quare talis assensus siue credere tali propositioni ineuidenti potest esse operatio bona vel mala. ¶ Sexta propositio: Voluntas dominatur potentie motiue localiter patet sic: concurrit effectiue ad talem operationē potentie motiue: igitur. ¶ Qualiter tamen volūtas mediante actu suo causet istos motus mēbrorum modica est difficultas naturalis: quoniam videmus sepe motum continuari cessante volitione. Dico enim q͛ voluntas mediante actu suo imperans motum fieri imprimit toti corpori quēdam impetum motiuum totius corporis: qui quidem impetus remanens cessante volitione mouebit totum corpus: & ordinate imprimitur talis ipetus: primo quidem imprimitur cordi & spiritibus deinde cerebro/ deinde nuche/ deinde musculis & lacertis & neruis membrorum: per quorū motus fit contractio quedam vel laxatio aliarum partium corporis: per quarum contractionem siue laxationem fit motus progressiuus totius animalis. Et nota q͛ ille impetus est quedam qualitas inherens ipsi mobili a mouente primo.

¶ Ex dictis clare habetur q͛ dupliciter differūt actus elicitus: & actus exterior, seu iperatus, quoniam actus elicitus est primario liber. Actus autem exterior est secundario liber. Secundo differūt, qm̄ act⁹ iterior ē primario bonus vel malus. Actus aūt exterior est scđario bonus vel malus.

Ita q̄ nō ē bonus vel malus nisi pro q̄to subor-
dinatur actui interiori & elicito bono vel malo
quo mediāte ꝑducitur. Hic pōt dissolui illa dif-
ficultas cōis vtrū actus exterior addat bōitatem
vel maliciā actui īteriori. Rñr ꝑ nūc q̄ nō. No-
tādū tñ ē pp discordias opinionū q̄ dupliciter p̄t
intelligi q̄ actus exterior addat bōitatē vel mali
ciā actui interiori. Prio mō q̄ datis duobus acti-
bus interioribus eiusdē spēi alicuius ītētiōis offe-
rētibus solū penas hoc q̄ ad vnū seqtur opatio
exterior & nō ad alterū. Primus melius agat vel
peius q̄ scđus & sic dico q̄ nō: imo idē numero
p̄miū corrñdet actui interiori & actui exteriori.
Alio mō pōt ītelligi q̄ ꝑpter exsequutionē actus
exterioris ip̄e actus interior sit magis intensus q̄
fore sñ tali exsequutiōe actus exterioris: & ꝑ cōse
q̄ns melior vel peior q̄ eēt sñ tali opatiōe exterio
ri: & i hoc sēsu cōcedēdū ē q̄ actus exterior addit
bōitatē vel maliciā actui interiori: q̄m intēditur
actus volūtatis in exsequutiōe opatiōis exterioris
de hoc latius disputabitur inferius.

¶ De iudicio prudentiali.

SEcundus terminus declarandus ē
ly conformis rectæ rationi. Est enim
recta ratio iudicium intellectus verus
& duplex est iudicium. scilicet practi-
cum & speculatiuum. Iudicium practicum: est iu
dicium dictans aliquid esse faciendum vel non
faciendum. cuiusmodi est iudicium ꝑpōis in qua

põitur ꝑticipiũ termĩatũ in tus vel in dus vt obli gatus. & oppm̃ dicit̃ iudiciũ speculatiuũ & ordia tim se hñt ꝓpõ practica & iudiciũ practicũ & in tellectus practic⁹. & ex alia ꝑte ꝓpõ speculatia iu diciũ speculatiuũ, hitus speculatiu⁹: & intellectus speculatiuus. ¶ Exẽplũ primi. vt ista ꝓpõ dãda est elemosina: dicit̃ ꝓpõ practica: & assẽsus eius dicitur assensus practicus & habitus genitus a ta li sensu dicit̃ habitus practicus: Intellectus vero habẽs talẽ assẽsũ vel talẽ hitũ dicitur intellect⁹ practicus. ¶ Exẽplũ scđe partis vt hec ꝓpõ ho mo ẽ aial. dr̃ ꝓpõ speculatia: & ita dicas de assẽ su: habitu: & intellectu. ¶ Notãdũ ẽ ꝙ in istis ꝓ põnibus practicis magna occurrit equiuocatio ꝓ pter talia ꝑticipia posita in illis. Quare scien dũ ẽ ꝙ qñq; tale ꝑticipiũ cõnotat quoddã debi tũ obligatiõis sub pena eterna aut tp̃ali: & qñq; debitũ cõgruẽtie vel cuiusdã moralis honestatis qñq; autẽ debitũ aliquarũ conditionũ requisitaꝝ ad perfectionem alicuius operis artificialis.

¶ Primomõ capit̃ in legibus diuinis: ecclesiasti cis: & ciuilibus. ¶ Scđomõ capit̃ in ꝓpõnib⁹ pu re moralibus. ¶ Et tertiomõ capit̃ in ꝓpõib⁹ pra cticis mechanicis. ¶ Notandũ ẽ insuper ꝙ pru dentia & ars sunt dictamina practica. ¶ Pruden tia ẽ recta rõ rerum a nobis agibiliũ. ¶ Ars aũt est recta ratio a nobis factibilium. hoc est dicere ꝙ prudentia est iudicium dictans aliquam ope rationem liberam esse faciendam cum conditio

nibus requisitis ad bonitatem ¶ Ars autem est iudicium dictans aliquod opus exterius esse faciẽdum cum circunstantiis requisitis ad perfectionẽ ipsius operis artificialis. Ita ꝙ in proposito agibile est operatio, libera transiens. factibile autem est opus permanens transeunte operatione, exẽplificari de istis est facile intelligenti. ¶ Notandum est vlterius ꝙ omnis conscientia est iudiciũ practicum dictans aliquid esse faciendum vel fugiendum: pro quo ponitur regula talis. Omnis agens contra conscientiam edificat ad gehennã id est peccat agens contra conscientiam siue rectam siue erroneam. hoc patet per dictum pauli ad romanos. Omne quod non est ex fide peccatum est, verbi gratia dictans non esse leuandam festucam sub pena mortalis peccati & leuans talem festucam stante tali iudicio talis peccat mortaliter Est enim illic quidam contemptus. ¶ Sed dubitaret aliquis an conscientia semper obligat ad faciendum cõformiter ad eam, respondendũ est ꝙ si talis conscientia sit recta obligat nos ad agẽdum secundum eam, si vero talis conscientia sit erronea non obligat ad agendum secundum eam: sed obligat ad non agendum contra eam. Et obligat quidem secundum eius q̃titatem ita ꝙ agens contra conscientiam dictantem de mortali peccat mortaliter. Agens autem contra conscientiam dictantem de veniali peccat venialiter. ¶ Agens autem contra conscientiam non

dictantem de mortali vel veniali seu de quadam congruentia moralis honestatis non oportet q peccet mortaliter aut venialiter. ¶ Sed nota q talis volitio volo peccare mortaliter ē mortalis & ista volitio volo peccare venialiter est venialis. sed dubium occurrit conscientia dictante sub conditione & ita de volitione sibi conformi aut deformi cuiusmodi est ista volo fornicari si non esset prohibitum a deo. Respondetur q volitio huius totius conditionalis pure conditionaliter capte non est mala q̃tum ex se est, ymo potius videtur timorate conscientie: cum qua stat hec nolitio meritoria nolo fornicari quia a deo prohibitum est. Si videretur tamen alicui talis volitio conditionata periculosa quia quodammodo inflammat a tali esset dimittenda & reliquenda talis volitio conditionata.

¶ Vlterius occurrit paruū dubium vtrum quilibet mentiens edificet ad gehennam: videtur q sic, mentiri est contra mentem ire. ergo contra conscientiam agere & vltra, ergo ad gehennā edificare. ¶ Ad hoc dubium dico primo, non est verum q quilibet mentiens agat semper contra conscientiam, quoniam licet talis assertio sit contra iudicium speculatiuum non tamen semper cō tra practicum. ymo stat q sortes iudicet esse mentiendum propter certum finem rationabilem & mentiatur scilicet asserendo petrum esse virū bo

num:ista assertio non est contra conscientiã sortis, ymo conformis conscientie erroneæ eius ita q non est contra mentem practicam licet bene contra mentem speculatiuam huius/ scilicet petrus non est bonus, ¶ Secundo dicitur q omne mendacium est peccatum non quidem semper mortale sed mortale aut veniale: pernitiosũ mẽdacium dicitur mortale:officiosum aut iocosum dicitur veniale. Mendacium dicitur pernitiosũ quo quis intendit obesse proximo:officiosũ quo intenditur prodesse: & iocosum quo intenditur audiẽtem delectare. ¶ Vltimo occurrit dubiũ vtrũ omnis agens conformiter ad conscientiam erroneam peccet: respondendum est q non:nisi talis conscientia fuerit diuine legi opposita:exemplũ sortes erronee iudicat pro nunc esse dandam elemosinã sub pena peccati mortalis quare dat elemosinam:certum est q non peccat dando.

¶ De circunstantiis.

TErtius terminus declarandus est ly circũstãtia Et diffinitur sicvt ad ꝓpositum Circũstantia est aliquod accidens actus humani: & hoc capiẽdo accidens pro omni illo quod est extrĩsecus & nõ de essentia actus. Et notandum est q aristoteles in tertio ethicorum & tullius in sua rethorica diuersificantur inter se de numero istarũ circunstãtiarum. Cicero enim septem enumerat circunstã

tias humani act⁹ que i hoc versu cōtinētur Quid vbi. quibus auxiliis. cur. quomodo. quando. Sed aristoteles i tertio ethicorum addit vnam aliam scilicet circa quid. que, a Tulio comprehenditur sub quid: & sic conueniunt in sententia licet in verbis discrepent. Per circunstantiam quis intelligitur circunstantia persone agentis. & dicitur communiter q̄ dicitur esse agens liberuȝ & debite qualificatum ad talem operationem exercendam. ita q̄ qualitas persone agentis cōstituit circunstantiam quis. Nam doctus vel in dignitate constitutus peccans eodem genere peccati cuȝ indocto vel non in dignitate constituto grauius peccat ratione circunstantie quis. Et sic circunstātia quis aggrauat vel diminuit. ¶ Et pro hac circunstantia persone ponitur hec regula egregia. Per obligationem mandatorum diuinorum aut diuine legis. nullus vltra alium obligatur ad aliquid nisi ratione voti emissi: aut officii suscepti: āt scandali enunciātis aut conscientie dictātis. Est enim scandalum dictum vel factum minus rectū prebens alteri occasionem ruine. Est duplex scādalum scilicet datum & acceptum. Datuȝ est op⁹ malū quod de se est inductiuū alterius ad male agendum & istud est peccatum. Sed scandalum acceptum. est quod non est de se inductiuum alterius ad male agendum sed alter ex malicia propria capit ex hac occasione ruine & istud dicitur scandalum phariseoruȝ: quia pharisei propter p̄dicationem veram ipsius christi ipsum blasphe-

nabant. ¶ Per quid intelligitur circunstãtia obiecti ipsius actus: hoc est materia circa quā versatur talis actus puta q sit debita: & precipue considerāda est magnitudo vel paruitas ipsius materie seu obiecti actus: quia secundum hoc aggrauatur vel minuitur actus. ¶ Et pro hac circunstantia obiecti poitur hec regula: debita materia vel indebita ipsius actus: dicitur scdm q cadit sub lege precipiente comprobante vel prohibente. Et secundum hoc habetur duplex esse peccatum, scz peccatum ex genere, & peccatum ex circunstantia Peccatum ex genere est cuius materia prohibita ē in se: cuiusmodi est iste actus volo fornicari. Peccatum ex circunstantia est cuius non est materia prohibita, sed occurrit ei mala circunstantia reddens totum opus malum. Et ita bonum ex genere, est cuius materia cadit sub lege precipiente vel comprobante. Sed bonum ex circunstantia ē cuius materia est de se indifferens: sed ex circunstantia concurrente redditur actus bonus, exemplificare de omnibus his facile est. ¶ Vbi est circunstantia loci vbi fit operatio. ¶ Per quibus auxiliis intelligitur circunstantia instrumenti mediante quo fit operatio: vt percutiens baculo vel ense, ¶ Per quo modo intelligitur modus agendi debitus: hoc est an talis actus fiat ex magno vel paruo conatu. ¶ Et per quando intelligitur tempus debitum, ¶ Et pro istis circunstantiis minus principalibus ponitur Hæc

regula, Nunq̃ circunstantia modi agendi vel loci vel temporis aggrauat, nisi speciali drohibitione fuerit prohibita, vel scandali illatiua, vel detrimenti proximo inductiua.

¶ Per cur intelligitur circunstantia finis & est vna precipua inter ceteras, Et ponitur hec regula, ꝙ finis simpliciter vltimus omnium hũanorum actuum bonorum debet esse ipse deus, sic puta ꝙ nullus est actus moraliter bonus, nisi fiat vltimate propter deum, & hoc formaliter vel virtualiter. Formaliter quando volitio dei est causa efficiens illius actus & conseruatiua eiusdem, virtualiter, quando volitio dei fuit causa efficiẽs huius actus sed nunc continuatur talis actus sine amore dei, exemplificare est facile intelligenti.

¶ Sed pro istis circunstantiis est summopere notandum ꝙ quelibet illarum potest tripliciter se habere ad actum, Primomodo vt assistens solũ, secundomodo vt incitans. tertiomodo, vt informans ipsum actum. Circunstantia dicitur assistens solum que inest quando fit actus, ipsa tamẽ non est excogitata nec volita, & talis circunstantia sic se habens quandoqꝫ reddit actum peioreꝫ cuiusmodi est circunstantia status persone vel circunstantia alicuius scandali, Sed circunstantia dicitur incitans quando ex illa oritur effectiue, ipsa operatio. ita ꝙ volitio talis circunstantie est causa partialis effectiua talis operationis. Circunstã-

tia autem dicitur se habere vt informans actum quando est obiectu m totale, vel partiale ipsi⁹ actus interioris, hoc totum declaratur, hoc exēplo, quoniam circunstantia vanæ gloriæ tribus modis potest se habere ad opus elemosine. Primo vt assistens tantum, & talis quantum ex hoc non reddit illud opus malū: sed illic sunt duo disparata videlicet vana gloria: que mala est: deinde est ipsa datio elemosine que bona est. Secūdo mō pōt se habere talis vana gloria: vt circūstātia incitās & hoc dupliciter. Vno mō: vt perdurās: & consūmans opus: ita ꝙ volitio eius causet volitionem: & consummationem operis de dāda elemosina: & sic reddit totum opus malum. Alio mō se habꝫ vt incitans: sed non perdurans vsqꝫ ad consummationem operis: sed priusq̄ fiet consummatio operis reuocatur intentio finis: & prestituitur ali⁹ finis bonus: & sic non redditur opus malum ex illa incitante circunstantia precedente. Tertio mō per se hēt talis vana gloria vt circunstantia informans. & sic reddit totum opus malum. Simili mō exēplificare potes de aliis circunstantiis.

¶ Circa istam materiam circunstantiarum humanorum actuum, pro eius maiori dilucidatione mouebuntur alique dubitationes. ¶ Prio: dubitatur vtrum sicut aliqua circunstantia persone auget malitiam actus, ita etiam aliqua circunstantia persone detur: que augebat bonitatem actus, vt sortes & plato circa eandem materiā eli-

ciant actus similes & eodem conatu:ita ꝙ sit paritas aliarum circunstantiarum: excepto hoc ꝙ sortes sit melior platõe:an actus sortis sit melior actu platonis. ¶ Q̃tum ad hoc dubium dico ꝙ ẽ aliqua circunstantia ꝑsone:ratione cuius persona obligatur ad actũ quẽ facit: ad quẽ nõ obligaretur illa seclusa:vt sortes curatꝰ obligatur ad administranda sacramẽta suo populo parrochiano similiter sortes inq̃tũ sacerdos obligatur ad cõtinentiam qui alias non obligaretur, Tunc dico si sit talis circunstantia persone rõe cuius actus cadat sub ꝑcepto.auget bonitatẽ actus,& signanter vbi talis actus habet illã circunstãtiã ꝓ obiecto, vt magis virtuosũ ẽ curato vel episcopo ꝑdicare qa teneť q̃ sit theologo ꝑdicãti solũ ex consilio; Nã dicũt doctores ꝙ opus exvoto vel ex obligatione est magis meritoriũ q̃ opus cõsilii,&sinevoto(ceteris etiã aliis paribus)& rõ est qa ꝓcedit ex maiori virtute.Vlterius dico ꝙ si sit talis circũstãtia in persõa rõe cuiꝰ nõ oriť maior obligatio nec minor ad talem actum faciendum illa nõ auget bonitatem,ceteris aliis paribus,

¶ Secundo dubitatur vtrũ beneficiũ collatũ alicui,aggrauet pcm̃ cõmissũ in illũ qui cõtulit tale bñficiũ,exẽplũ,vt sit sortes cristianus vel hñs gratiã vel diuitias vel sciẽtiã,& plato sit infidelis vel nõ taliter se hñs,vtrũ actꝰ malꝰ elicitꝰ a sorte sit grauiꝰ pcm̃,q̃ actꝰ elicitꝰ a platõe ñ hñte talia bñficia ceteris omnibus aliis paribꝰ exceptis illis be

neficiis a deo collatis. ¶ Ad hoc dubium respõdetur per propositiones conformiter ad mentem Guillermi Altisiodorẽsis in secũdo Sentẽtiarum. ¶ Prima propositio. Omne beneficiũ collatum & cognitum ex parte agẽtis aggrauat peccatũ, patet sic, quia ex illo beneficio oritur obligatio maior q̃ esset secluso illo beneficio, iuxta dictũ beati Augustini in Omelia, cum crescunt dona crescũt rationes donorum, sed quãto maior est obligatio in tãto trãsgressio est peior, igitur. ¶ Secũda propositio. beneficiũ quod aliquis habet de quo habet ignorantiã inuicibilem non auget peccatum in collatorem cõmissum ab illo qui habet tale beneficium, probatur: quoniam si aliquis latenter posuerit in archa mea aliquas pecunias sicut fecit sanctus Nicolaus, & postea pecco in illũ, illud beneficiũ inuincibiliter ignoratum nõ aggrauat peccatum, secus esset si esset ignoratum vincibiliter. ¶ Tertia propositio. beneficiũ nõ semper aggrauat peccatum in illa proportione in qua est melius altero, probatur, quia tunc sequeretur q; beneficium gratiæ in infinitũ plus aggrauaret q̃ beneficium diuitiarum cum gratia sit in infinitum melior q̃ diuitie. Sed dices, in qua ergo proportione beneficium aggrauat peccatum. Respondet q; in ea proportione in qua deus vult eum magis obligare q̃ prius ratione talis beneficii collati. Sed diceret aliquis, ex dictis sequeretur q; simile peccatum cõmissum a sorte fideli esset grauius q̃ si-

mile peccatum cõmissum a forte infideli, & pono omnia cetera paria excepto ꝙ vnus sit fidelis, ali⁹ vero infidelis, quod si concedat sicut oportet, eo ꝙ esse fidelem est beneficium collatum a deo. ¶ Contra, quia tunc sequeretur ꝙ aliquis de sua infidelitate reportaret cõmodum eo ꝙ sua infidelitas esset circũstantia diminuens maliciam sui actus. Respõdeť sicut dicit Guillermus Altisiodorẽsis ꝙ ista cõsequẽtia nõ valet, infidelis min⁹ peccat q̃ fidelis, ergo ẽ in eo aliqua circũstãtia diminuẽs, sꝫ opꝫ sic ĩferre ergo aliqd in ipo ĩfideli diminuit peccatũ, vel aliqd in ipso fideli augmẽtat peccatum. ¶ Tertio dubitatur vtrum aliquis doctus theologus existens in in mortali peccens eodem genuere peccati cum vna vetula que cadit a charitate aliis circunstantiis paribus, magis peccet q̃ talis vetula, videtur ꝙ sic per gregorium dicentem vbi est maius donum scientie/ ibi transgressor maiori subiacet culpe, & in euangelio. seruus sciens voluntatem domini sui plagis vapulabit multis. In oppositum arguitur. hec vetula magis leditur per suum peccatum cum amittat charitatem q̃ theologus per suum, igitur magis peccat, item fortiora habet arma ad se defendenduꝫ scꝫ charitatem igitur magis est ei imputandum si succũbat, ¶ Rñr ad hoc dubium ꝙ re vera theologus magis peccat, quia scientia est per quã maxime possumus nos iuuare. & vetula non habet talem habilitatem vtendi illis armis scꝫ gratia,

¶ Sed occurrit tale dubium an circunstantia voti ceteris aliis paribus reddat ipsum opus magis meritorium ita q; opera religiosorũ operibus secularium magis sunt meritoria ceteris aliis paribus. ¶ Respondetur per aliquas propositiones. Prima propositio est hec. Actus factus cũ circunstantia obedientie est magis meritorius q̃ similis actus factus sine circunstantia obedientie magis cm̃ placet deo obedientia q̃ victima & ita null⁹ est actus tam parue bonitatis quin si fiat ex obediẽtia sit maioris meriti q̃ aliquis q̃tecũq; bonitatis factus non ex obediẽtia dico notanter ex obedientia. Nam differunt actum fieri ex obediẽtia & fieri cum obedientia & fieri propter obedientiã. ¶ Secunda ꝓpositio opus cadens sub p̃cepto potest quis dupliciter exseqni Vno modo nõ intenta circunstãtia obediãtie & intelligo etiam exseqrendo illud ꝓpter deum & huiusmodi op⁹ non redditur melius aut magis meritoriũ ex hoc q; cadit subvoto vel precepto. Alio modo potest exequi opus cadens sub precepto intenta circunstantia obedientie & sic redditur opus melius & magis meritorium cadens subvoto vel precepto. Et ita opera religiosorum cum ista circunstantia cadentia sub voto sunt magis meritoria q̃ similia opera secularium non cadentia sub voto vel precepto: debemus esse igitur prudentes in agibilibus sub preceptis cadẽtibus vt huiusmodi finem obediẽtie nobis prestituam⁹. Et hec de ter

tio puncto iusticie distributiue videlicet de exhibitione honorum breuitatis causa sufficiant.

¶ Quo ad quartum pũctum iusticie distributiue videlicet de execuutione debita iudiciorum vbi hec precipue sunt cõsideranda scilicet Iudex aduocatus actor reus & testis. Circa quorum omnium actus contingit deficere & super habundare & inter defectum & superhabundantiã mediũ tenere. ¶ Vnde ad debitum exercitium aduocationis requiruntur debita materia & debitus modus & debite alie morales circunstantie. Requiritur igitur debita materia videlicet iusta causa fouenda saltẽ credita talis vel dubitata patet igitur quod iniusta causa cognita talis non est debita materia sui actus videlicet aduocationis. Dicit enim beatus Thomas secunda secunde. q. septuagesi. prima quod peccat aduocatus fouẽs causam iniustã quã scit esse talem. ymo si auxilio vel astutia eius altera pars vincat tenetur aduocatus ille ad restitutionem damni partis aduerse: & si nõ vincat tenetur etiã ad restitutionẽ expensarũ huius partis cuius causam iniustã fouere presumpsit. Item requiritur debitus modus: vt puta debita inuestigatio veritatis, siue falsis allegationibus, siue falsis instrumẽtis, non corrumpendo testes cum prehabita sufficienti scientia, Aliter si ex ignorãtia culpabili & defectu sciẽtie iuris fieret pphysicatio cause iuste tunc peccaret talis aduocatus. Verũtamen licet teneatur non afferre falsitatem, non tamen

tenetur omnem veritatem detegere per quã ali-
quando lederetur iusta causa. Similiter conside-
rande sunt circunstantie circa ipsum iudicem: qui
non ex suo arbitrio particulari sed secũdum alle
gata & probata pronunciare & sentẽtiare debet.
Nec interrogare licitum est iudici de occultis. sed
solum de manifestis in forum suum deducibilib⁹
quodsi interroget iudex aliquid de crimine occul
to, soli ipsi reo noto, & cogat iuramẽtum presta-
re licitum est illi reo cathegorice iurare non feci
neq; per hoc est periurus, quoniam verba que in
aliquo foro exiguntur recipiunt interpretationẽ
secundum qualitatem illius fori, quare illa ꝓpo
sitio secundum etiam diuinam interpretationem
subordinatur isti nõ feci hoc ĩ tali foro in quo me
interrogas. ¶ Sed hic occurrunt duo dubia com-
munia. Primum an iudex corruptus ferens causã
& sententiam iniustam pro parte corrumpente/
grauius delinquat q̃ pars corrumpens. Pro huius
dubii solutione notãdum est, primo ꝙ homines
seu iudices ĩ iusticia recte ministrãda aliquo isto-
rum quattuor modorũ corrũpuntur, scʒ cupidita
te timore, odio, aut amore.

Secundo notandum est ꝙ iudex recte volẽs
iudicare debet amorẽ & odium a se penitus abo
lere: quoniam illa peruertunt iusticiam.

¶ Tertio notandum est ꝙ periculosus &
iniquus est iudex munera capiens, quoniam per

illa redditur preceps ad frangendā iusticiam vt claret per illud qđ scribitur ecclesiastes.xx. Encenia & dona excecāt oculos iudicum & quasi mutus in ore auertit corruptionem. Et ad idē scribit Deute.xvi. Nō accipies personas & munera excecant em̄ oculos sapientium & mutant verba iustorum. Pecunia oculatū facit mutum ne recte ꝑ nichil dante ferat sententiam queadmodum q̇dā species rauuncule posita in ore canis reddit eum mutū. et contra istos iudices & similes clamat ꝓpheta esaye.v. Ve qui iustificatis impium pro muneribus & iusticiam iusti aufferetis ab eo. ¶ Istis notatis respōdetur ad dubium per cōclusiones. Prima cōclusio. iudex cupiditate corruptus plus peccat q̄ timore corruptus potissimū vbi est magna causa timoris probatur hec cōclusio. Peccatum tanto est grauius q̄to magis est voluntarium modo peccatum ex cupiditate factum est magis voluntarium q̄ ex timore perpetratum quoniam ille qui ex timore operatur: inuitus & ex displicētia operatur nō autē sic est de illo qui operatur ex cupiditate. ¶ Secunda cōclusio, iudex corruptus ex timore vehementi & cadenti in constantem virum minus peccat q̄ pars corrumpens: probatur sic. quia eius peccatum est minus voluntarium ergo minus graue q̄ peccatum sic corrumpens.

¶ Tertia conclusio: iudex corruptus ex sola cupiditate munerum grauius peccat q̄ pars corrumpens, ꝓbatur sic Iudex plus obligatur ad nō ope-

randum iniuste q̃ pars corrũpens cum iudex obligetur iure cõmuni tã q̃ iudex & etiam obligatur iure speciali sicut & pars corrumpens. Item iudex magis cognoscit vel cognoscere tenetur cõmuniter quo ad iustum & iniustum & grauitatẽ peccati q̃ faciat pars corrumpens ergo plus peccat.

Contra istã vltimã cõclusionem arguitur sic ille plus peccat qui in plures peccat ceteris paribus sed pars iudicẽ corrumpens ĩ plures peccat q̃ iudex quia in iudicem peccat eum corrumpendo & etiã peccat in aliam partem sibi aduersam iudex vero in solã partẽ peccat. ¶ Tu meriã, arguitur ille plus peccat qui tã bona anime q̃ bona exteriora tollit q̃ ille qui bona animi tãtum tollit sꝫ pars iudicẽ corrumpens tollit bona anime iudicis & bona exteriora partis aduerse iudex autem per vnicam sententiã solum tollit bona fortune & exteriora vnius partis. ¶ Ad primũ istoꝝ dicitur ꝙ iudex in tot peccat sicut pars corrumpens quoniã iudex peccat in partem corrumpentẽ eã in sua malicia lactãtem similiter peccat in partẽ aduersam contra quã fert iniquã sententiam & pars corrũpens non peccat in plures igitur.

¶ Ad aliud quod tangitur dico ꝙ iudex corruptus tollit bona anime partis eum corrumpentis consentiendo eius malicie & cooperando ad eius peccatum & tollit ꝓpria bona anime per suum peccatũ & a parte lesa tollit solũ bona corporis & hoc solum etiam de per accidens suppo-

sito ꝙ pars lesa bene vteretur illis bonis.

¶ Secundo arguitur iudas qui solum pars erat in condemnatione christi plus peccauit q̃ pilatus existens iudex, vt patet secundum verbum christi Mathei vigesimo septimo. Propterea qui tradidit te mihi maius peccatum habet. ¶ Tum etiam arguitur habet philosophus quarto ethicorum, ꝙ maioris virtutis est bene facere: q̃ bene pati: ergo similiter: maioris est malicie male facere q̃ male pati sed corrūpere est male facere & corrumpi est male pati, ergo plus peccat pars corrūpens q̃ iudex.

Ad primum istorum quod tangitur dico ꝙ pilatus erat corruptus solo timore ne officio priuaretur cum diceretur ei a iudeis. Si hunc dimittas non es amicus cesaris, sed multe erāt alie circunstantie que peccatum iude aggrauabant super peccatum pilati videlicet vicium ingratitudinis & cum hoc erat christo familiaris & ad dignitatem apostolatus euocatus ideo multo plus peccauit q̃ pilatus qui multis viis quesiuit liberare christum.

Ad aliud quod tangitur dico ꝙ corrumpere est peius q̃ corrumpi illic sistendo sed iudex ꝓcedit vlterius iniquā sententiam ferendo & propterea magis principaliter iudex seipsum corrūpit q̃ pars corrumpēs quia principium principale est i seipso qui resistere poterat meritorie parti

corrumpenti.

¶Secundum dubium occurrens proposito est tale. An iudex potest licite damnare innocētem scitum a solo iudice esse talem: & in casu quo talis innocens probatus est nocens: & reus, per testes irrefragabiles: & omni acceptione maiores.

¶Ad istud dubium due sunt opiniones & duo modi dicendi probabiles, & communes.

¶Prima est opinio quā tenet Nicolaus de lira in expositione biblie super illud Exodi vigesimo tertio. Innocentem & iustum non condemnabis: vbi dicit doctor preallegatus, ꝙ in casu dubii occurrente debet potius iudex dignitatem & officium relinquere q̄ illum quē vere scit innocentem condemnare ad mortem, & huius opinionis cōmuniter sunt doctores theologi & magis pia videtur q̄ opinio contraria ¶Dices si fuerit reus seu accusatus vere iniustus scitus euidenter in secreto a iudice esse talis, non debet iudex ex proprio arbitrio priuato eum talem propalare & cōdemnare seclusa probatione testium: ergo sequitur ꝙ nec etiam poterit ex arbitrio priuato liberare innocentem contra probationem testium.

¶Respondet Nicolaus de lira negando consequētiā, nam aliud est veritatē tacere, & falsitatem ꝓpalare. Primū licet & nō scd̄m, quare iudex solꝰ agnoscēs illū accusatū esse reū debet veritatē tacere, quousqꝫ fuerit ꝑ testes sufficiētes ꝓbatus reus.

Alia est opinio probabilis & cõmunis sicut pre-cedens quã tenet beatus Thomas scda scde qstione sexagesima quarta. Tenens ꝙ facta debita diligentia ad examinãdos testes: & debita astucia ad manifestãdam eorum maliciam, si non possit differre aliter iudicium, licet iudici condemnare illum ad mortẽ secundũ allegata, et probata: deposito tamen omni conscientie scrupulo. Ita ꝙ circunstantie fori & testium, verificant hanc propositionem Iste est a me condẽnandus ad morté & eius opiniõis sunt communiter tam canoniste q̃ legiste: vt habetur clare extra. ff. de offi. p̃to. l. illicita. §. j. xi. q. iii. cap. summopere, & de officio iudi. ordi. ca. si sacerdos: & probatur hæc opinio ratione sic: quoniam sacerdos sciẽs in occulto sortem esse in mortali peccato tenetur ei in publico eucharistiam petẽti: dare eucharistiã licet i occulto possit illi reddere rationem quare non dat eucharistiam tamen in publico nullam habet exceptionem legitimã, ergo pari ratione iudex sciens hunc esse innocentem, & probatum nocentem a testibus irrefragabilibus tenetur procedere secũdum allegata & probata.

¶ Tum etiam ad idem arguitur. Si testes probaretur sortem deberedecem solidos & iudex scit illud esse falsum iudex debet damnare sortem dare decem anteq̃ relinquat iudicium & clamet cõtra testes quos refellere nequit. ¶ Tum etiã scribitur Deuteronomi decimo septimo. In ore duo-

rum vel trium stat omne verbum, ergo sequitur q per testes sufficientes semper procedendum & iudicandum est. ¶Contra istam opinionē Thome vtrūq3 probatam.arguitur sic.Scribitur exodi vigesimo tertio. Non sequere turbam ad faciendum malum nec in iudicio plurimoꝶ acquiesces sententie,vt a vero deuias, & sequitur paulopost in eodē capite. insontē & iustum non occides,qa aduersor impium. Ex illo textu allegato sic argumentor. Quando video multos peccare in aliqua materia & scio q peccant non debeo acquiescere eis,nec eos sequi ad maliciam,sed video q hii testes deponunt de hoc innocenti q virū occidit qui nullum occidit:& sic deponendo peccant in auctoritate per textū allegatum interdictum ē sequi istos ad faciēdū malum ne inueniat impiꝰ insontem occidendo. ¶Tum etiam ad idem arguitur iudex cooperatur peccato testiū ergo peccat,consequentia tenet. Non solum agentes: sed etiam consentientes pari pena punientur: & antecedens patet testes peccant damnantes innocentem, ad illam damnationem cooperatur iudex: imo sine sua sententia non occideretur igitur.

¶Ad primum istorum dico q omnes auctoritates allegate & similes intelliguntur quando vir potest inuenire licitam viam & rationabilem ad confutandum testes, tunc non debet dānare innocentem:alias debet iudicare & procedere secū dum allegata & probata. ¶Ad aliud nego q

iudex sic iudicando cooperatur peccato testium & concedo q̄ testes peccant, & ipse iudex agit ad idem & rationabiliter incumbit ei ex officio sic agere,& si sic non ageret peccaret: exemplum est i simili. Dans occulto peccatori eucharistiam petenti in publico non peccat / & tamen petens peccat: vt patet ex distinctione nona quarti libri Sententiarum.

¶ Secūdo arguitur si iste iudex positus in casu dubii esset precise persona singulariter, potest cōtradicere testibus ymo tenetur, vt succurrat vite innocentis: & non minus est ille id deobligatus ab hoc per hoc q̄ est iudex, igitur.

¶ Tum etiam arguitur / sequeretur ex opinione q̄ pilatus erat excusatus in condēnando christū consequens est falsum, vt notum est cum christus dicebat illi. Qui tradidit me tibi maius peccatum habet ergo tu peccatum habes, sequella tamen probatur sic, quoniam processit pilatus secūdum allegata & probata: igitur.

¶ Ad hoc secundum argumētum negatur maior: quoniam non prodesset contradicere testibus quia cum affirmatiua pars probata est in iudicio a testib⁹ irrefragabilib⁹ ei nō crederetur in ꝓbatione negatiue & ita cum nichil potest ꝓbari de innocentia istius solum diffamaret seipsum gratis nec poterit per hoc innocenti succurrere.

Ad aliud quod tangitur nego sequelã qm̃ non erat christus probatus nocens coram Pylato Mathei vigesimo sexto scribitur. Principes autem sacerdotum & omne consilium querebant falsum testimonium contra Iesum vt eum morti traderẽt & non inuenerunt. quum multi falsi testes accessẽrũt: hoc idem habetur Mathei vigesimo septimo Sciebat autem Pylatus q᷑ propter inuidiam tradebant eum dicebat non inuenio causam mortis in eo: innocens ego sum a sanguine huius iusti & tamen sequebatur ex eius dictis q᷑ ipse pylatus erat nocens ymo citius debebat officium perdere, q̃ innocentem sic perdere,

Sed hic occurrit paruum dubium an sit difficilius esse iustum illis stantibus q̃ esse bonũ medicum, ¶ Ad hoc respondet Aristoteles quinto Ethicorum q᷑ sic: & ratio est: quoniam difficilius est tenere viam regiam in iusticia q̃ in viro infirmo curando. Multa occurrunt que medicum ad santatẽ ipellunt maior honor q̃ interficiendo maior voluptas vt ostendatur eius artificium maius lucrum quoniam si multi manu eius pereant parum lucrabitur. Multa sunt que impediunt exequutionem iusticie lucra honores amici delectationes sensuales timores tristicie inimicitie

¶ Restat vltimo in loco breuiter tractare de iusticia commutatiua. ¶ Vbi primo notetur: q᷑ commutationum quedam sunt inuoluntariæ:

& quedam voluntarie, Dicuntur inuolūtarie quā do quis vtitur re alterius vel persona vel opere inuito alio / & in illis commutationibus est iniusticia: cuius species sunt furtum. rapina, homicidium beneficiū. incarceratio: mutilatio, verberatio: falsa accusatio, detractio. derisio. contumelia susurratio, maledictio, adulterium: & sic de aliis. Sed cōmutationes voluntarie dicuntur quando quis rem suam transfert in alterum: que si transferatur sine debito est liberalitas, si autem transferatur cum ratione debiti, tunc pertinet ad iusticiam scilicet cōmutatiuam cuiusque species sūt emptio: venditio: permutatio: mutuum acommodatum: depositum: pignoratio: locatio: conductio, fideiussio: &c. ¶ Notandum est igitur ꝙ in contractu aut transfertur dominium: aut solus vsus. Si primum vel ergo fit mediante precio & sic sunt venditio & emptio. si autem sine precio, sic sunt mutuatio actiua: & mutuatio passiua. quibꝰ additur alia species: que dicitur camptio siue cambium: vt camptio vini in frumentum vel pecunie in pecuniam, Si vero in contractu facto transferatur vsus rei retento dominio & sine precio, & sic sunt commodatio & acomodatio. si vero fiat cum precio tunc sunt locatio & conductio. quibus additur alia species que dicitur censualis portio vel datio ad firmum: quibus etiā additur alia species scilicet impigneratio. ¶ Et pro istis speciebus ponuntur diffitiones terminorum. Venditio est translatio dominii alicuius rei

in alterũ pro certo precio, Et emptio est acceptio dominii alicuius rei pro certo precio. debet enim esse precium in pecunia numerata, aliter nõ esset proprie venditio sed alia species cõtractus. & in illis duob⁹ cõtractib⁹ interuenit q̃nq̃ datio errarũ Donatio em̃ errarum ẽ argumentum emptionis & venditionis cõtracte. Arre igitur nõ precia sed pignora dicuntur. nã interueniente arra põt vter= q̃ a venditione & emptione recedere sed penitẽs penam errarum incurrit. Verumtamen notandũ ẽ q̃ refert aliquid dare pro arra & dare pro parte solutionis dicẽdo do hoc pro parte precii quia si fiat isto modo tunc altero inuito non receditur a contractu venditionis. secus est si solum fuisset tra ditum sub nomine arre. ¶ Sciendum est igitur q̃ venditio & emptio maxime ipso consensu perfi= ciuntur ideo sicut multiplex error consensum va= riat sic & cõtractũ ĩpedit. Primo cõtingit error in quãtitate p̃cii. vt si maiori p̃cio putẽ tibi vẽdere q̃ credas: vt si putẽ p̃vẽdere quattuor & credas eme re p̃ duob⁹. Scd̃o est error ĩ ipso cõtractu vt si putẽ vẽdere & credas tibi dare, Tertio circa idẽptitatẽ rei de qua fit contractus contingit error: vt si putẽ vendere vnum equum & credas emere alium, Quarto contingit error in specie rei de qua est cõ tractus vt si vendatur auricalcum & credatur ab emente emere aurum. similiter si vendatur acetũ p̃ vino. Quĩto cõtingit error in sexu rei. vt si putẽ vendere puellam & putas te emere puerum. Sex=

to contingit error in exñtia rei de qua fit cõtract⁹ vt si credas vendere domum alicui. & illa sit combusta. & hoc stante ignorantia vtriusqꝫ scilicet vẽdentis & ementis. ¶ Notãdum est vlterius ꝙ preter istas circunstãtias nominatas sunt alie circunstantie morales: que licet non inualident contractum tamen possunt reddere ipsum vitiosũ vt circunstantia persone q̃admodũ cõtingeret si sacerdos more secularium operaretur, Item circunstantia temporis viciat cõtractũ q̃uis nõ inualidet, vt si diebus festis aliquis per negociationẽ impediatur a diuino cultu Item circunstantia loci vt si in ecclesia fieret negociatio vel cõtractus secularis. Item circunstantia modi agendi: vt si cum iuramẽtis & periuriis fieret contractus. iteꝫ circunstantia finis quoniã oĩs negociatio vel cõtractus in malũ finem relatus est vitiosus. ¶ Circa enim cõmutationẽ negociatiuã sunt duo cõsiderãda scdꝫ doctorẽ subtilem Primũ ꝙ talis cõmutatio sit vtilis rei publice, est enim multum vtile reipublice habere aliquos conseruatores rerum venalium vbi prompte possunt inueniri ab indigentibus volentibus eas emere: & vtile est reipublice habere aliquos differentes necessaria ad primã longinquã in qua non abundant illa. Secundum cõsiderãdum est ꝙ quilibet seruiẽs reipublice de honesto, & vtili opere potest iuste & digne accipere precium suo labori industrie: sollicitudini atqꝫ periculis correspon

dens, Multa alia de his contractibus & negocia tionibus videlicet an liceat vendere rem plusq̃ va leat,& vtrum liceat vendere rem plusq̃ empta fue rit:& ita de multis aliis similibus spectat ad iuri- stas & ad quartum sententiarum discutere. ¶ Sed pro finali complemẽto breuitatis causa duo mo- uentur dubia: Primo dubitatur que virtutum car- dinalium sit nobilissima. ¶ Secundo dubitatur, an iusticia & cetere virtutes cardinales vel mora- les acquisite manebunt in prima. ¶ Pro solutio- ne primi dubii notandum est q̧ quicquid dicat beatus Thomas teneo pro nunc q̧ actus volunta tis est prestantior ceteris aliis paribus:q̃ actus in- tellectus quemadmodum ipsa voluntas inquan- tum talis est nobilior potentia q̃ intellectus,quod probatur sic:quoniam suscipit nobiliorem quali tatem q̃ intellectus quia recipit charitatẽ & spem & intellectus fidem. modo charitas fidei pre- stat. Tum etiam voluntas meretur & est libera & libere aliis potentiis imperat,non sic est de intel- lectu inquantum intellectus. ¶ Sed diceret ali- quis in eodem homine eadem res est intellectus & voluntas (vti communiter tenetur apud nomi- nales) ergo intellectus non est imperfectior volũ tate,consequentia tenet quoniam nihil est perfe- ctius vel imperfectius seipso.

Tum etiam arguitur quia bene seq̃r hec vo

luntas est perfectior & nobilior intellectu. & hæc voluntas est intellectus ergo intellectus est perfectior intellectu: conclusio est manifeste falsa. & cõsequentia est sillogismus expositorius, ergo aliqua premissarum est falsa & non minor. ergo maior, ¶ Ad primum istorum dicitur q voluntas inquãtũ voluntas est perfectior potentia q̃ intellectus inquãtum talis ita q hec anima est perfectior voluntas q̃ intellectus quemadmodum franciscus inquãtum rex gallie est maior duce britanie licet idem homo sit rex frãcie & dux britanie. Ad aliud quod tangitur dico q ista propositio est distinguenda intellectus perfectior intellectu quia vel ly perfectior habeat pro substantiuo ly intellectus & tunc illa propositio est impossibilis/& in tali sensu nõ sequitur ex illis premissis. si vero habeat ly voluntas pro suo substantiuo tunc illa propositio est vera faciens hunc sensum. intellectus est perfectior voluntas q̃ intellectus. hoc est intellectus perfectiori modo se habet per velle vel nolle q̃ per intelligere, ¶ Sed dices voluntas secundum Augustinum decimo de trinitate est ceca in suis operationibus & intellectus ei lumen ministrat & volũtatẽ dirigit in suis actibus. Tum ẽt felicitas consistit in actu intellectus & non in actu voluntatis: vt claret per philosophum decimo & primo ethicorum ergo actus intellectus est perfectior actu voluntatis. ¶ Ad primum istorum dico/ q actus intellectus ordinatur ob actum voluntatis/& intel-

lectus ministrat ipsi voluntati lumē sicut ancilla domine sue lumen ministrat de nocte dum incidit in tenebris. Hinc dicit beatus Bernardus in libro de Libero arbitrio. q intellectus est quodam modo pedisequa volūtatis. Ad aliud dico q philosophus dicens felicitatem humanā esse in intellectu: per hoc dedit satis sufficiēter intelligere q ipsa erat etiā in voluntate, qm̄ si quis fuisset male vite etiam q̄tūcunq; doctus vel prudēs nullo modo fuisset felix scd̄m Aristotelem. ¶ Isto prenotato respōdet ad formā primi dubii per aliquas cōclusiones. ¶ Prima cōclusio iusticia est nobilissima īter ceteras virtutes cardinales: probatur auctoritate Aristote. v. Ethicor. & in multis aliis locis. ¶ Secūda cōclusio. Fortitudo post iusticiā scd̄m locum inter virtutes cardinales appetitiuas obtinet & temperantia locum nouissimū in illa potētia, probatur hec conclusio quoniā fortitudo habet obiectum difficilius q̄ temperātia ergo fortitudo est nobilior virtus, & ita temperantia est imperfectior virt⁹ q̄ fortitudo vel iusticia. ¶ Tertia cōclusio. Prudentia est infima inter ceteras virtutes cardinales. probatur, quoniā ex prenotatis habetur q voluntas est nobilior potentia q̄ intellectus ergo actus & habitus ipsius intellect⁹ sunt imperfectiores q̄ actus vel habitus ipsius voluntatis: sed sic est q omnis prudentia est actus intellectus igitur est ignobilior: cum isto tamē stat q prudētia inquātū prior & regulatiua ipsius actus

voluntatis,dicitur nobilior: non est per simplici ter nobilior. ¶ Sed obiiceret aliquis sic contra istas cõclusiones dabilis est vnus actus fortitudinis ita nobilis sicut hic actus iusticie:patet demõstrãdo vnũ actum martirii:qui vnus paruũ actum iusticie excedit. Similiter dabilis est vnus actus virginitatis excellẽtis nobilior q̃ hic actus fortitudinis pugnãdo in bello. Respondetur concedendo q̄ detur aliqua fortitudo nobilior hac iusticia:& aliqua temperantia nobilior hac fortitudine,sed nichil contra cõclusiones positas in quibus intẽdimus cõparare optimum indiuiduũ vnius optimo indiuiduo alterius:vel totã multitudinẽ toti multitudini respectu multorum nobilium actuum. ¶ Sed replicat̃ sic.habet philosophus tertio Thopicorũ,si optimus homo est melior optimo equo quilibet homo est melior quolibet equo: ergo si optimum indiuiduum iusticie est melius optimo indiuiduo fortitudinis,tunc quodlibet indiuiduũ iusticie erit melius quolibet indiuiduo fortitudinis. Respondetur: q̄ illa regula Thopica ipsius Aristotelis allegata habet verum in rebus eiusdẽ speciei specialissime entitatiue alias nõ oportet, modo hoc hic non contingit.

¶ Ad secundum dubium respondetur per duas conclusiones quarũ prima est iusticia & cetere tres virtutes cardinales acquisite manebunt in patria ꝓbat̃ hec cõclusio,qm̃ christus habuit in via has quattuor virtutes cardinales,& tunc fuit com

prehẽsor sc̃dm animã igitur: & alii comprehenso res has virtutes acquisitas habebunt: & illud idẽ probatur auctoritate Augustini decimo quarto de trinitate capi. nono. Et beda exodi vigesimo sexto. Columne ante quas expansum est velũ po testates cœli sunt quattuor eximiis virtutibꝰ p̄cla te: id est fortitudine prudẽtia, temperãtia, iusticia, quę aliter in cœlis seruant̃ ab angelis, & animabus sanctis q̃ hic a fidelibus. ¶ Et ratione ꝓbat̃ conclusio sic. habitus nõ corrumpitur nisi aliquo istorum quattuor modoꝝ scilicet vel ad corruptionem subiecti: vel ad desitionẽ cause actualiter cõseruantis vel a suo contrario, vel meritorie aut demeritorie, tribus primis modis isti habitus boni non corrũpuntur, quia anima non corrũpit̃. Et etiam habitus manent sine actuali concursu potentie, nec adducuntur actus mali oppositi circa mortem, & non est necesse ꝙ homo pro tunc circa tempus mortis demereatur, ergo nec demeritorie corrumpuntur. ¶ Secunda cõclusio. Tales virtutes cardinales, nõ habebunt similes actus in patria cum actibus quos habent in via. probat̃ quoniam i patria nõ erit actus martirii neq; actus comedendi vel bibẽdi tẽperate igitur. ¶ Cõtra primam conclusionem arguit̃ sic. Aristoteles habet decimo ethicoꝝ ꝙ ridiculũ est ponere virtutes in diis ergo in beatis ridiculum est ponere virtutes. ¶ Tum etiam arguitur tales habitus cardinales in patria essent inanes quia nõ exibũt i suas pro=

prias operationes:quoniã castitas coniugalis nõ inclinabit ibi in actus castitatis coniugalis, & ita de habitu martirii vel patientie, pari forma nec habitus sobrietatis exibit vnq̃ in actum bibendi vel habitus ieiunii ad semel in die comedendum igitur. ❡ Ad primũ istorum dicitur q; Aristoteles aliter opinatus est de intelligentiis orbiũ motricibus q̃ nos intelligamus de sanctis & angelis. In deo vero (quem ponebat esse vnum, xii. Metaphisices & octauo Phisicorum) nulla estvirtus per realem inherentiã, sed deus est sua virtus infinita per essentiam. ❡ Ad aliud quod tangitu dico q; illi habit⁹ sunt de perfectione accidẽtali & ornamento ipsius habentis quãuis nunq̃ exirent in actus. Insuper dico q; multi illorum habituum cardinalium exibunt in aliquos actus in patria: sed perfectiori modo q̃ in via, quoniam castitas coniugalis non semper inclinat habentẽ advelle reddere debitum alteri coniugum: vel ad petendum debitum, ymo magis essentiale est castitati coniugali nõ reddere debitum alteri a coniuge q̃ reddere vel petere, vt patet in christifera virgine & in aliis castis: & talis actus coniugalis castitatis potest esse in patria. Conformiter de aliis virtutibus cardinalibus exemplificare potes. Et hec de materia quattuor virtutum cardinalium & ex cõsequente de toto nostro opusculo instituto breuitatis causa pro nunc sufficiant.

¶ Sequuntur quattuor questiones super quattuor virtutes cardinales/ de nouo superaddite & disputate in vico strammineo ab eodem domino Guillermo Mãderston.

¶ Questio moralis prima.

Est ne prudẽtia quattuor virtutũ cardialiũ vna cuilibet virtuti morali cõnexa.

¶ Prima conclusio.

¶ Studiosus habitus similium actuũ pductiuus hiis quibus duxit originẽ vnico actu producibilis instãtanee, & successiue non in infinitum mutuũ ducit incremẽtum, aliarũ virtutũ nõ requirit assistentiã: sicut nec dei speciale auxiliũ: aut dictamen rectũ: aut circunstantiam quãlibet debitam in esse obiectiue concurrẽtem.

¶ Correlarium primum,

¶ Eiusdẽ act⁹ cõtinuatio habitũ ab eo gñabilẽ nõ intendit, sicut nullus habit⁹ actum eũ adequate producentem producit, et sicut nullum obiectũ actus intellectus censetur quod ipso actu non est cognitum, sic nec voluntatis actus aliquod obiectum est censendũ quod ab ipsa voluntate nõ est volitum, et ab intellectu cognitum.

¶ Secunda conclusio.

¶ Prudentiales actus veridici non necessario singularium aut contingẽtium obiectorũ: bonitatem aut maliciam habent nullã quã ab actu elicito nõ erripiũt sicut nec act⁹ imperat⁹ aliquis talẽ induit bonitatẽ nisi illũ elicitũ esse cõtingat.

¶ Secundum correlarium.

¶ Actũ necessario ad aliũ sequentẽ a ꝓpria bonitate non excludim⁹, sicut nec quẽlibet similẽ actũ malũ ab intrinseca malicia reputam⁹ alienũ.

¶ Tertium correlarium.

¶ Sequens est prudentiam & fidem pari passu quo ad bonitatẽ incedere licet inequaliter participant euidentiam.

¶ Tertia conclusio.

¶ Virtutes morales extremorũ medie nõnunq̃ adinuicem repugnantes: formalẽ cõnexionem non habent inter sese, cum prudẽtia, tamen necessario cõnectuntur quibus prudentia non necessario connectitur.

¶ Vltimum correlarium.

¶ Prudentia que proprie virtus nõ est humane vite apꝑhendit directiua, a moralib⁹ philosophis vna de quattuor nõ incõsiderate nũcupat.

¶ Ad titulum respondent conclusiones & correlarium vltimum.

PRima cõclusio sex parti culas cõplectit̃. Pria parti cula est q̃ habit⁹ studiosus est ꝓductiuus similiũ actuũ hiis a quib⁹ generabat̃, Illa particula deducitur ab Ari stotele.ii. ethico. Dicẽte ex eisdẽ & per eadẽ fit oĩs vir tus,& sequit̃ in textu.ex similibus operationibus habit⁹ fiunt quapropter oportet tales operatiões reddere ipm̃ habitũ.clare nichil aliud vult dice re nisi, q̃ ex similib⁹ actibus generat̃ habit⁹ illis actib⁹ quos ꝓducit. Scd̃a pticula q̃ ex vnico actu ꝓducibilis ẽ habit⁹ instãtanee:& successiue Pro bat̃:quia sequit̃ virt⁹ est ꝓducibilis ex frequẽtatis actibus:vt vult Aristo.in primo cap.ii.ethi.& stat frequẽtatos actus esse tã paruc actiuitatis sicut est dabilis vnus actus:puta si sunt tres actus quorum quilibet sit vnius gradus tãtum: & sit vnus actus trium graduum non videtur quare ex illis tribus actibus possit produci habit⁹ poti⁹ q̃ ex illo actu vnico. ¶Sed q̃ sit producibilis in instanti potest probari auctoritate Aristotelis secundo de ani ma: qui sic visionem affirmat, instantanee pro duci. Probatur etiam ratione, quia succes sio non prouenit nisi ratione resistentie, vt di ctum est in materia de vacuo. Sed nullam resi stentiam habet actus producendo habitum a cuius productione non potest impediri. Sed

q possit producere successiue nulli dubium est.
¶ Tertia particula est q non in infinitũ mutuũ ducit incremẽtũ: hoc est dicere licet actus augeat habitum: vt habitus actum tamen augmentum non procedit in infinitum, quia anima est solum finite capacitatis saltem: actiue & licet habius nõ requirat actionẽ tamen actus requirit.
¶ Quarta particula est q habit⁹ studiosus: aliarum virtutum nõ requirit assistentiam, illa particula probatur per aristotelẽ tertio ethicorꝝ dicentem q contingit aliquẽ esse liberalẽ: & in bello timidum: & per consequẽs liberalitas manet sine fortitudine. Item clarũ est q multi sunt temperati qui nõ sunt exercitati: nec in materia iusticie: nec in materia fortitudinis: vt contingit de cartusiensibus inclusis: & de multis aliis qui non sunt exercitati in bello. ¶ Quinta particula est virtus non requirit auxilium dei speciale, patet: alias natura esset omnino mala, & nõ eẽt libera ad vtrũq3 contradictoriorꝝ: quia ex libertate sua natura potest male agere sine auxilio dei speciali: ergo ex sua libertate potest bene agere sine tali auxilio alias nõ esset equaliter in potestate nostra bene vel male agere. ¶ Vltima particula virtus non requirit dictamẽ rectum aut circũstantiã quãlibet debite inesse obiectiue cõcurrere: volo dicere quãdo hõ bene agit. nõ requiritur q volitio sua bona habeat pro obiecto dictamẽ rectum dictans q sit taliter agẽdum; nolo tamen negare quin re

quiratur tale dictamē in intellectu, ymo hoc requiritur vt est expressa sententia Aristotelis sexto ethicorum cap. scdo. Tractatu primo vbi dicit ꝙ si electio sit studiosa oportet appetitū esse rectum, & rationē verā. Eodē modo dicendum est de circunstantiis puta de circunstantia tēporis vel loci & cetera. Ita ꝙ si iniungatur sorti pro penitentia ꝙ ieiunet die veneris proxima. nō oportet ꝙ adherēte die veneris velit ieiunare propter deum totaliter sed satis est, ꝙ virtualiter & sic de aliis circunstantiis.

Correlariū primū habet tres partes. Prima pars est ꝙ continuatio actus non intendit habitum: ꝓbatur quocūq; instanti dato in quo talis actus continuatur est tantus habitus in intellectu q̄tus est natus produci ab illo actu, quia ante hoc erat actus bene applicatꝰ: & nō poterat impedire vt dictum est, ergo produxit tm̄ actū q̄tum potuit immo ī primo instanti sui esse. Secunda particula nullus actus producit habitū illum producentē adequate: probatur: quia nichil potest esse causa sue cause, vt filius nō potest generare patrem suū igitur sic est ī ꝓposito, ¶ Vltima particula: puta nichil est obiectū actus intellectus nisi cognitum nec aliquod est obiectū voluntatis nisi volitum: ꝓbatur, quia si hęc res nō esset cognita mediante tali noticia nō esset dabilis ratio quare esset obiectū illiꝰ noticie potius q̄ alia res. Eodē modo nō pōt dari ratio quare aliq̄d est obiectū voluntatis nisi

quia est volitũ, alias res de qua nemo cogitat esset adeo bene obiectum voluntatis sicut res quã vult habere, cõsequens est falsum: igitur:

Secunda conclusio tres habet particulas.

Prima particula est ꝙ actus prudentiales veridici nõ necessario sunt singularium aut contingentiũ obiectorum, ꝙ actus prudẽtiales sunt veridici manifeste constat ex primo capitulo .ii. tractatus sexti Ethicorũ in quo habitus veridicus in quinqꝫ mẽbra diuiditur. Secunda pars particule q̃uis ad illam nõ sonat textus Aristotelis scꝫ ꝙ actus prudentialis nõ necessario est singularium aut cõtingentium obiectorum. Probatur sic ratiõe iudiciũ huius propositionis est actus prudentialis nullus malum est faciendum, & similiter, iudicium hu9 recte rationi est obediendum: & tamen ille propositiões nec sunt singulares nec contingentes/quia negatiua adminus est simpliciter necessaria: ergo secunda pars prime particule est vera quia hic loquimur de obiecto propinquo quod est integra ꝓpositio. Secunda particula scilicet ꝙ actus prudẽtiales bonitatẽ aut maliciã habent nullã quam ab actibus elicitis nõ arripiunt. Probatur sic. quia tales actus prudentiales nõ sunt actus voluntatis sꝫ sunt iudicia intellectus: & nihil bonũ vel malum nisi quia liberum/ hoc ẽ nisi quia a voluntate ꝓductum/vel quia ab actu voluntatis imperatum: Modo constat ꝙ actus prudentiales non sunt ꝓducti a voluntate sed ab intellectu solo. per cõse-

quens nõ sunt intrinseci mali vel boni/ sed solum propterea quia imperantur ab actibus volũtatis. & tale iperiũ nihil supaddit vt tenet cõis opinio. igitur, ¶ Tertia pticula dicit q null⁹ act⁹ solũ imperatus h₃ bonitatẽ ex se, pbaẽ sic. quia si aliquis actus imperatus habuerit talẽ bonitatẽ maxĩe eẽt actus intellect⁹, sed iã dictũ est q illi nõ habẽt ex se bonitatẽ aut maliciã/ s₃ solũ capiũt illã ab actu volũtatis qui ẽ velle vel nolle. ¶ Et ex hoc sequitur q dare alapã ad extra nihil mali h₃, nec occidire alter₂ gladio. s₃ tota malicia cõsistit i hoc q sortes vult occidere alterũ vel dare alapã alteri. ¶ Primũ correlariũ dat vnã istãtiã cõtra cõclusionẽ sc₃ q aliquis act⁹ ipatus põt esse bonus vel malus ex seipso p₃ de actu imperato qui ẽ elicit⁹. exẽpli gratia volo diligere deum quod tantum val₃ sicut volo dilectionem dei/ Dilectio dei est actus elicitus/quia omnis dilectio est actus voluntatis. & cum hoc est actus imperatus quia illud vocatur imperatum quod est volitum, & volo dilectione₃ ergo talis dilectio imperatur. dico q talis dilectio licet imperetur est bona/eodem mõ de actu malo Secundum correlarium vult dicere q fides & prudentia equaliter habent bonitatem: quia solũ extrinsece postq̃ sunt actus intellectus, tamen prudẽtia est noticia euidens & nõ fides ¶ Tertia cõclusio quattuor particulas h₃: Pria ẽ q virt⁹ moralis est media inter extrema, aristoteles probat indu-

ctiue secundo Ethicorũ Secunda particula ꝙ virtutes aliquando repugnant: patet de actu virginitatis & actu matrimonii: Tertia particula prius probata est ꝙ virtutes non sunt cõnexe quia vna potest haberi sine alia. Vltima particula est etiaȝ tacta: ꝙ virtus moralis non potest haberi sine prudentia: probatur ex sexto Ethicorum capitulo secundo. Sed prudentia potest haberi sine virtute morali: quia aliquis potest recte iudicare nihil bene operando. ¶ Ccorrelariũ respõsiuũ scilicet ꝙ prudentia est vna de quattuor virtutibus cardinalibus, probatur auctoritate omnium moraliter loquentium.

Contra primam particulam sic arguitur habitus virginitatis non semper inclinat ad similes actus: patet multifariam. volo ꝙ bertha habeat intensum habitum virginitatis & repente cõtrahat matrimonium & cognoscatur. tunc notum est ꝙ adhuc manet suus habitus vel aliqua pars eius, & tamen non inclinat ad actum virginitatis: Forte dices ꝙ inclinat ad actum eiusdem speciei essentialis sed non inclinat ad actum eiusdem speciei moris/quia carne corrupta desinit esse talis virginitas. ¶ Contra si inclinaret ad aliquem actũ maxime esset ad seruandam integritateȝ carnis sicut prius alias non essent eiusdem nature essentialis. Respondetur ꝙ inclinat ad seruanduȝ corpus incolume a veneriis q̃diu recta ratio dictat ad seruã dum: sed talis actus non videtur eiusdem naturæ

Igit: ¶ Propterea aliter arguitur sic virgo similis tum precedente corrupta habet habitum adeo intensum sicut prius & nō inclinat ad similes act⁹ igitur ¶ itē volo q sortes qualibet die hui⁹ anni comedat plusq̄ oporteat: sic q in fine anni latitudo sue temperantie sit maior propter frequentatos actus q̄ fuit in principio tunc in fine anni habebit habitum tantum comedendi sicut singulis diebus anni precedentis, & per consequēs inclinabit ad tales actus & illi in fine anni erunt boni & non sic erant in principio igitur, talis habit⁹ non reddit similes actus ex quibus fuit genitus.

¶ Ad illud argumentum secundum Martinum de magistris videtur concedendum q nullus habitus in casu argumenti inclinabit ad similes act⁹ nec in specie moris nec in specie nature. sed bene vterq̄ inclinat ad actum tanti meriti sicuti prius. Sed hec responsio est de directo contra primā partem nostre conclusionis, propterea aliter videtur dicendum postq̄ talis habitus inclinat ad aliquos actus inclinabit ad actus similes in genere rei sed non in genere moris saltem in specie specialissima, quia ad virginitatem requiritur q caro non sit fracta per actum libidinosū & sic perditur illa denominatio. ¶ Sed forte replicaris tales actus producti intenderent illum habitū & ille habitus fuit genitus ex actibus virginitatis ergo postea erit habitus mixtus Si dicas q habitus debet denominari ab actib⁹ sequētibus hoc ē mira

bile quia stat q̄ ex multis actibus fuisset genitus: & solus sit vnus actus ꝑductus post corruptionem

¶ Dico breuiter q̄ absq; ꝑductiōe act⁹ noui, habitus desinit esse, virginitas. tñ prius est corrupta Et vlterius dico ad aliud tactum prius de virgine sciēter cognita in matrimonio. tales habitus inclināt ad similes actus sicut pri⁹ puta ad tales volo seruare integritatē carnis secundū dictamē recte rationis. nec obstat q̄ nō habet integritatē quia integritas nō debet cognosci intuitiue a virgine. sicut dicit Martinus de habitu tēperātie. Ad aliud dicitur q̄ actus in fine anni erit bonus supposito q̄ prius erat malus solū quia cōtra bonā habitudinē corporis & rō habeo pro incōuenienti q̄ act⁹ bonus possit esse malus & ecōuerso & similiter de habitu variata circunstātia.

¶ Contra secundam particulam arguitur illa est contra aristotelem in secundo Ethicorum dicentem q̄ habitus generatus est ex frequentatis actibus. Item ratione sic vel quilibet actus potest ꝑducere habitū, vel aliquis sic & aliquis non. Non primum quia irrationabile est dicere aliquē esse habituatu3 in malicia si semel male agat: nec secundum quia non videtur maior rō. & cetera.

Confirmatur quia vnus actus non potest corrumpere vnum habitum. ergo nec vnus sufficit producere. consequentia est apparens probatur antecedens. quia capiatur aliquis habituatus

in non ieiunando, & ieiunet semel adhuc talis erit promptus in fine ad non ieiunandum plusq̃ si non q̃ habuisset talem habitum: & promptitudo non prouenit nisi ab habitu. igitur.

¶Sub confirmatur ratio q actus non possit: producere habitum in instanti & successiue. quia si possit producere in instanti sequitur q tunc produceret tantum habitum q̃tum possit producere, quia suppono q non sit impedimentũ sed hoc non quia talis actus cõtinuatus potest maiorem haliter producere, vel saltem actus similes de nouo eliciti, & quicquid habet facere vnus actus similis pro aliquo instanti sequenti tantum potest facere talis actus continuatus pro eodem instanti: & sic non produxisset habitum in primo instanti tantum quantum potuit pro illo instanti. q actus non potest producere habitum successiue probatur, quia non videtur que sit ratio illius successionis.

¶Si dicas q est actus successiue productus admi nus habeo q nullus actus totus simul elicitus potest aliquem habitum successiue producere,

¶Ad argumentum dico q Aristoteles intellexit q habitus. vt plurimum generatur ex frequentatis actibus. Vel secundum opinionem Buridani nõ omnis qualitas ab actu ꝓducibilis.

vocatur habitus, sed requiritur certa intentio puta, vt quattuor vel vt sex. & qualitates producte ab actibus talem intēsionem habentibus vocant dispositionē quæ sunt facilius nobiles a subiecto q̃ habitus. secundū doctrinā Aristotelis in prima specie qualitatis: qui tale discrimē ponit inter dispositionē & habitum, sed illud dictum buridani nō valet, qm̄ stat ꝙ vnus actus sit adeo intensus ꝙ possit producere habitū intensum, vt quattuor vel habitum super quattuor. Et si in tali intētiōe producatur nō videtur quare nō debet vocari habitus. Ad rationē do primū probabiliter sed act⁹ paruus paruū habitum & magnus maiorem producit. ❡ Ad improbationē dico ꝙ si talis faciēs actum malum fuerit prius bonus virtute opposita propter vnum actum non est malus habitualiter malus per actum quantumcunq̃ paruum. Sed nō quilibet talis actus vel habitus sufficit ad denominandum malum secundum opinionē vulgarium Sed vt pauci sapiunt talis est malus hoc est vt intelligunt sapientes in hac materia.

❡ Ad confirmationem dico breuiter ꝙ stat actū in se ita intensum ꝙ corrumpat totum habitum/ quia paruus actus paruam partem corrūpit & maior actus maiorem partem, ergo est dabilis actus ita magnus ꝙ totum corrumpat. Et vlterius dico ꝙ si talis ieiunans habeat actū sufficienter intensum non amplius reperiet se promptum ad non ieiunandum, ❡ Ad subconformationem dico ꝙ

actus producit tantum habitum in primo instan tiq̃tum pōt si nō sit habit⁹ ei repugnans in intel lectu. Et quādo dices q̈ continuatio illius actus intendit habitum nego. Si non intendatur actus & similiter nego q̈ alii actus similes in virtute actiua possunt habitum productū in illo primo instanti intendere,& hoc si adducanť successiue: quia si essent multi tales actus simul & semel con stituerētvnū actum maioris actiuitatis q̃ fuit pri mus. Forte queris quid faciet aliquis illoꝝ actuū superueniēs: dico q̈ seruabit habitum productū a priori actu,q̃admodum solet dici de corporib⁹ luminosis eiusdē actiuitatis. Et ratio est quia quā do aliquod agens inuenit passum sibi assimilatū nichil de nouo producit: sed conseruat. Forte di ces similitudo de corporibus luminosis nichil va let,quia si medium fiat maius subtile idem corp⁹ luminosum maius lumē producit,ergo simile po test dici de actu propter meliorem dispositiōem intellectus q̈ maiorē effectum producit Respon deo nō negaui q̈ si intellectus esset melius dispo situs, puta si magis aduerteret: vel si poneretur in materia melius complexionata maiorē habitum produceret q̃admodum corpus luminosum subti liando medium. Sed hoc non manet sine replica quia in infinitum pōt subtiliari mediū ergo per corpus luminosum,non acta sua virtute potest in infinitum lumen producere. vt si in prima parte proportionali medium fieret i duplo rarius, & in

secunda in duplo: & in tertia in duplo, & sic con sequēter lumen productum in instanti terminatiuo esset infinite intēsum/ per cōsequens idē est de intellectu. Si in prima parte proportionali in duplo magis aduertat, & in secunda in duplo ad illud: & sic consequenter habitus productus in instanti terminatiuo esset infinitus intensiue. Respondeo ꝙ nō est simile: quia naturaliter nō stat ꝙ continuo dupletur aduertentia intellectus sine iuuamine extrinseco. Secꝰ est de corpore luminoso quod nō requirit iuuamē extrinsecum: ex illo non sequitur. ꝙ candela medio subtiliato solum debeat producere in infinitū effectuȝ: quia requirit duplatio vtriusqȝ cause ad duplādum effectū.

Tertio arguitur contra tertiam particulam supposito ꝙ habitus potest producere actum in instanti: & econuerso necessarium est concedere mutuum incremētum in infinitum procedere, ꝓbatur, capio actum. a. in hoc instāti productū qui simul producit habituȝ. b. tūc sic habitus. b. iuuat causam producentem actum. a. ergo propter habitum. b. in eodem instanti interditur actus a capitur intensio, & sit. c. c. & . a. faciunt vnum, ergo ꝓpter. c. potest produci aliquid de habitu de nouo postq̄. c. est agēs naturale natum agere i instāti, & tunc non est impeditum. producatur igitur propter. c. d. habitus tunc. d. habitꝰ iuuat causam productiuā actus: ergo propter. d. habituȝ adhuc producetur aliquid ipsiꝰ actus: & sic in infinitum

per consequens nunq̄ erit status quousq; tota capacitas sit repleta. Forte dices habitus requirit aduertentiam intellectus tāq̄ causam iuuantem alias quando homo dormit produceret actū: hoc nichil est dicere: quia stat q̄ intellectus aduertat ad adiuuādum habitum pro illo instāti, & pro tēpore futuro: & tunc non patet via solutionis.

Ad hoc argumentum quod est difficile videtur dicēdum: q̄ habitus pro primo instanti sui esse non potest concurrere ad nouū actum producēdum. Sed immediate post hoc cōcurret quoniā argumentū infallibiliter procedit dando mutuū processum productionis inter actum & habitū p̄ eodē instāti: hoc modo loquitur Gabriel dist. in. xiiii. sui quarti. q̄ prima gratia data in contritione pro illo instanti pro quo infunditur non agit ad producendum actum meritorium: sed immediate post hoc agit vel cōseruando vel producendo hinc est, q̄ dicit meremur primā gratiam de congruo solum, quia ad actum per quē meremur non concurrit gratia actiue, sed postea meremur gratiam de condigno: quia ad omnem actum sequentem concurrit gratia effectiue.

Sed contra istam solutionē replicatur actus producit habitum in primo instāti sui eē: vt iam cōcessum est. Et est eadē ratio de habitu. igit̄ habitus p̄ducit actū i primo instāti sui eē. Respōdet̄ q̄

non est simile de actu & de habitu, quia actus est longe perfectior essentialiter, propterea non inconuenit dicere: quod aliquid a tota specie cōuenit actui quod nō potest conuenire habitui. Eodem modo soluitur argumētum theologum: hoc argumentum est difficile contra Gregoriū quo arguit sic: & difficulter supposito quod voluntas possit elicere actum meritoriū in instanti, producit a actū in hoc instanti tunc in hoc instanti pro a actu dabitur. b. gratia, & voluntas cum. b. gratia sunt maioris actiuitatis q̃ voluntas sola: ergo pro eodē instanti producunt maiorē actuū. Et iterum illo producto dabitur c. grā modo voluntas. b. & c. sunt maioris actiuitatis q̃ voluntas: & . b. solū igitur. adhuc iterum producunt plus, & sic in infinitum. hoc argumētum debet solui sicut precedens scȝ quod charitas que est habitus non est nata agere pro primo instanti sui esse. Sed ex istis sequitur vnū correlariuȝ: quod si essent sortes & plato & deus infunderet habitum intensum in anima sortis puta caritatem & in anima platonis nichil infunderet. Si pro instanti infusionis vterqȝ eliciat actum ceteris parib⁹ actus eorum erunt equales. sequela patet quia habitus non iuuat. Sequitur secundo si sortes intēderet suum actum per totam horam futuram & intendendo actum meritoriū intendatur gratia, in instanti medio ipsius hore, Tunc actus productus nō esset productus ab illa gratia coexistēte, sequela patet quia tunc primo illa gra

tia est:& in primo instanti nõ agit:vt dictum est igitur. Ad primum correlarium concedo ipsum, quia gratia pro illo instanti non agit. Ad secundum correlarium:nego suppositũ quia gratia existens in instãti medio hore pro illo instãti nichil agit,ergo nec voluntas:hoc est,quod solet dici tũc nullus actus producitur,sed est primo productus: concedo tamen ꝙ quelibet pars proportionalis illius gratie:vt omnes partes iuuabant ad productionem talis actus.

Contra vltimã particulam conclusionis arguitur sic. Si dictamẽ rectum nõ concurrit obiectiue ad actum moraliter bonũ sequeretur ꝙ staret facere actum bonum nõ cõformiter ad dictamen recte rationis,quod est contra aristotelẽ. vi. ethic.ca.scdo,Probatur sequela volo ꝙ occurat iã pauper nihil iudicando ꝙ esset ei danda elemosina, sed solum apprehẽdẽdo eum,eliciã istã volitionẽ:volo dare isti pauperi elemosinã ꝓpter deũ tunc talis actus est bonus meritorius,quia est circa materiã indifferentem propter finem vltimũ, & sequitur bene meritori⁹, ergo est moraliter bonus,ab inferiori ad superius.Et tamẽ nullum dictamen prudentiale concurrit per casum igitur. Pro solutione istius argumenti pono propositiones. ¶ Prima propositio. Probabile est dicere ꝙ aliquis est actus meritorius qui non est moraliter bonus.immo argumẽum videtur hoc probare in casu,quia ad hoc ꝙ sit moraliter bonus oportet

ꝙ iudicium rationis sit verum: hoc est ꝙ fiat conformiter ad iudicium prudentiale.

Secūda propositio. Aliqui tenēt ꝙ omnis actus meritorius est moraliter bonus, & illi dicerent: ꝙ talis actus nō est meritorius, quia nō sufficit ꝙ sit circa materiam indifferentē propter finē vltimum: sed oportet ꝙ fiat conformiter ad iudicium prudentiale illius qui facit actum. notanter dicitur illius: quia nō sufficit ꝙ fiat conformiter ad iudicium alterius: alias asinus deferens bona pro pauperibus faceret bonum moraliter: quia facit conformiter ad iudicium rectum pauperum.

Tertia propositio est ꝙ licet vtraqꝫ opinio sit probabilis tacta in ꝑpositionibꝰ ꝑcedentibus illa tamen que tāgitur in vltima propositione, scꝫ ꝙ ad actū bonum moraliter: & meritoriuꝫ requiritur iudicium prudentiale directiuum illiꝰ actus est a nobis approbanda.

Quarta propositio sequens ad precedentē nullus est actus bonꝰ moraliter nec meritorie nisi sit conformis dictamini prudentiali quod inest actualiter vel virtualiter. Notāter dixi actualiter vel virtualiter, quia stat ꝙ totale iudicium cui cōfirmat actus sit erroneum inuincibiliter, & tunc actus cōformis est bonus moraliter & meritorius exēpli gratia occurrente diuite ī specie pauperis iudicet intellectꝰ huic pauperi ē dāda elemosina demonstraito diuitē: volitio qua volo dare huic

pauperi elemosiā est bona, & meritoria & ex cō-
sequenti moraliter: & tamē illud iudicium nō est
prudentiale quia falsum. Sed quia infert iudiciū
verum puta istud huic est dāda elemosina: actus
voluntatis cōformis est bonus ergo esse cōformē
virtualiter iudicio prudentiali est ipsum esse con
formē tali iudicio realiter inexistēti. Forte dices
licet ista sit falsa falsitate logica huic pauperi est
danda elemosina est tamē vera veritate morali.
Respondeo postq̄ veritas est propria passio con
siderata in logica non intelligo ꝙ sit aliqua veri
tas distincta a veritate logica. Si vis veritatē mo-
ralem capere pro iudicio vel propositiōe dictāte
aliqualiter qualiter conformando actum volun
tatis nō est imputabile non contēdo de terminis
illo modo cōcedo ꝙ tale iudicium est verum mo
raliter. sed hoc est aliquid assignare de nouo i si-
gnificatione terminorum.

Quinta propositio respōsiua ad argumē
tum volitio qua volo dare huic pauperi elemosi-
nam ꝑpter deum demōstrādo diuitē quē inuinci
biliter credo esse pauperē est cōformis dictamini
recto virtualiter inexistēti. patet ex quarta ꝑpōe.
¶Secundo arguit̄ ad idē. Si dictamē prudentia
le non requireret̄ obiectiue cōcurrens neq; for-
maliter existens, sed virtualiter. sequeret̄ ꝙ staret
aliquē hominē facere bene moraliter ꝑpterea q̄a
actus regulās est cōformis dictamini habituali. s;
cōsequēs ē falsū: volo ꝙ sortes hēat habitū genitū

ex talibus actibus danda est elemosina propter deum cum omnib⁹ circunstantiis debitis,& occurrat pauper ipo eliciente tale dictamen/nõ est dãda elemosina propter deum:cum omnibus circũstantiis debitis:tunc stante illo dictamine eliciat talem volitionem volo dare elemosinam pauperi propter deum cũ omnibus circunstanciis debitis:& tamen actus est malus quia formaliter contra cõscientiã inexistentem:ergo non sufficit conformitas ad dictamẽ habituale:& ex consequenti nec ad dictamen virtuale. Forte dices ꝙ non est simile:quia cum dictamine virtuali nõ stat ꝙ volitio sit contra conscientiã.Contra aduim⁹ supposito ꝙ non haberetur conscientia contraria dictamini recto, talis volitio in casu esset bona,sed hoc non oportet:quia stante illo habitu posito in casu: volo ꝙ volũtas taliter se habeat ꝙ eliceret talẽ volitionẽ de dãdo elemosinã siue haberet dictamen rectũ formale vel habituale siue nõ:tunc talis actus nõ esset bon⁹, & tñ fit conformiter ad dictamen prudentiale habituale,& non est contra conscientiam:igitur.

Confirmatur ratio Si dictamẽ prudentiale non deberet obiectiue occurrere ad actum bonũ moraliter,sequeretur,ꝙ per aliquod mere naturale quod non est i potestate voluntatis de actu nõ bono moraliter fieret actus bon⁹ moraliter ymo de non bono fieret meritorius. Probatur sequela volo ꝙ sortes habeat istã volitionem occurrente

paupere volo dare elemosinā huic pauperi propter deum & nō habeat intellectus iudicium prudentiale scilicet ꝙ est danda elemosina: illo casu posito actus non est bonus moraliter, vt patet ex Aristotele sexto ethicoꝝ. Oportet ꝙ fiat cum ratione vera, & tamen propter aduentum dictaminis recti, talis actus erit bonus moraliter: & meritorius supposito ꝙ sortes sit in gratia.

Ad secundū argumentum contra particulā supponēdum est ꝙ triplex est modus dicendi de dictamine prudentiali respectu actus moraliter boni. Primus modus dicendi est domini Guillermi OKan & sequaciū ꝙ requiritur ad actum bonum moraliter dictamē actuale prudentiale obiectiue concurrens hoc est volitum. et vltra requiritur ꝙ eliciat talem actum: quia est sic dictatum a dictamine recto: hic modus dicendi est facilior contra quē pauciora fiunt argumēta. ¶ Duo potissima possunt fieri argumēta. Primū est si requireretur ꝙ dictamē rectum sit volitum sequeretur ꝙ oportet ponere in quolibet bene operante infinitas cognitiones reflexas. Probatur sequela, ad actum bonum requiritur ꝙ dictamen sit volitum & nichil volitum nisi cognitum, ergo requiritur ꝙ dictamen sit cognitum: & nō cognoscitur a seipso: ergo requiritur cognitio reflexa. et vltra illa cognitio requiritur & omnis circunstantia requisita scdm istum doctorē debet esse volita ergo illa cognitio reflexa dꝫ esse volita, & vltra ergo debet

esse cognita/ & non nisi per aliã cognitionẽ, igitur
Secundum argumentum est de primo actu
fidei supposito ꝙ fides partialiter causatur ab imperio voluntatis & partialiter a motiuo topico/
tunc non est possibile dare primum actum fidei/
quia illo dato oportet ꝙ partialiter fuisset causatus ab imperio voluntatis/ & tale imperium est bonus actus moraliter postq̃ est actus voluntatis nõ
habens malam circunstantiã/ ergo oportet ꝙ habuisset dictamen prudentiale pro obiecto scilicet
credendũ est vel aliquid simile Et tale dictamen
non potest haberi nisi fuisset actus fidei .igitur.
Alius modus dicendi est doctoris subtilis/
ꝙ requirit dictamen prudentiale ad actuꝫ bonũ
moraliter nõ obiectiue cõcurrens sed satis ẽ ꝙ sit
in intellectu dũmõ dictet de circunstantiis debitis
in esse, hunc modum insequitur doctor subtilis &
nitemur cõsequẽter dicere, ¶ Tertius modus est
ad actum bonum moraliter nõ requirit dictamẽ
prudentiale obiectiue cõcurrẽs nec actualiter existens sed satis est habere dictamen habituale prudentiale cũ cõformitate ad illud. Istis suppositis/
respõdetur ad formã ꝙ in casu argumenti volitio
dandi elemosinam nõ ẽ bona, & ratio est tacta arguẽdo quia fuit facta cõtra cõsciẽtiã, Et qñ dices
ꝙ talis actus est cõformis dictamini habituali dico ꝙ hoc nõ sufficit sed oportet ꝙ nõ fiat contra
cõscientiã actualiter existenteꝫ. videtur etiã ꝙ nõ

fit conformiter ad dictamen habituale postq̄ dictat de omnibus circunstātiis debitis modo ē vna circunstātia debita in eē q̄ nō fiat cōtra cōsciētiā. ¶ Ad replicā admitto q̄ deponat illa cōsciētia dico q̄ act⁹ nō ē bon⁹ moraliter nisi eliciat dictamē prudētiale actuale Sȝ postq̄ illd̄ dictamē n̄ occurrit obiectie p̄t fieri id argm̄ de dictamie exn̄te Ad confirmationē videtur q̄ correlarium sit cōcedēdū scilicet q̄ aliquis actus fiet de nō bono bonus per aliquod mere naturaliter productū puta per aduentum dictaminis recti, ¶ Sed dico q̄ non est mere naturale/quia voluntas pōt actuȝ non cōtinuare quousqȝ producat dictamē rectum propterea continuando vsqȝ ad productionē dictaminis recte libere cōformat se dictamini recto ¶ Tertio contra eandem particulam non requiritur q̄ circunstantia finis actualiter cōcurrat ad productionem actus moraliter boni ergo nec requiritur presētia dictaminis recti tenuit consequētia quia adeo necessaria est circunstantia finis ad actum bonū moraliter scd̄m doctrinā Arist. scd̄o Ethic. q̄ necessaria est presētia dictaminis & pri⁹ nō requirit̄ quia stat bene agere moraliter & meritorie nō cogitando de fine exempli gratia. aliquis qui tenetur dicere horas in principio habet talē volitionē volo dicere p̄p̄ deū: sȝ trāseūte prio psalmo nō āpli⁹ cogitat de deo nihilomin⁹ tn̄ ꝓsequit̄ dicēdo horas vsqȝ ad finē, sic freq̄nter cōtigit de sacerdote q̄ vult celebrare q an̄ finē missæ

deuagatur mente tamen opere extrinseco prose quit. Hoc pulchre declarat doctor subtilis de illo qui vult transire ad sanctū Iacobum propter deū frequenter ambulando non cogitat, & tamē operationes iste sunt bone moraliter & meritorie: ergo non requiritur p̄sentia finis, Confirmat̄, multe sunt alie circunstantie de quibus non cogitat homo etiam debite inesse. exempli gratia. iniungitur sorti in penitētia q̄ dicat psalmos flexis genibus. ponit se ad dicēdum septem psalmos corā illa ymagine: nō cogitat tamen. vtrum fuerit ei iniunctum dicere coram illa: ymo stat q̄ non cogitet q̄ debeat dicere illos psalmos ratione penitētie iniūcte, talis in casu dicendo psalmos meretur & satisfacit, & tamen non facit cum omnibus circunstantiis debitis inesse: saltem non vult illas circunstantias postq̄ non cogitat de eis igitur.

Alius casus communis est de sacerdote qui vult celebrare qui disposuit se conformiter ad dictum pauli: probet se autē homo, vadit ad altare vbi prohibitum est celebrare: & cum deuotione celebrat/talis meretur. & tamen deficit circunstātia debita inesse: q̄a debebat querere vtrū altare esset cōsecratum vel nō esset prohibitū celebrare.

Ad tertium argumentum dicitur q̄ est controuersia inter doctores dicit okan: q̄ requiritur q̄ circunstantia finis sit volita & similiter quelibet circunstantia debita inesse: & ex consequenti

patet clare ad hoc ꝙ actus dicatur moraliter bonus scd̃m illum doctorem requiritur ꝙ dictamen & omnes circunstãtie debite inesse occurrãt obiectiue, sed scd̃m doctorem subtilem q̃admoduȝ dictum est de dictamine: non requiritur ꝙ circunstantie obiectiue concurrant ad hoc ꝙ actus sit moraliter bonus, videtur tamen ꝙ requirit̃ dictamen dictans de omnibus circunstãtiis saltem virtualiter. Hoc supposito respondetur ad argumentum, sacerdos volens celebrare propter deum in principio in medio horarum vel misse non cogitans de deo formaliter: bene agit moraliter & meritorie: quia satis est, ꝙ virtualiter faciat propter finem vltimum, idem est de illo qui vult ire ad sanctum Iacobum: virtualiter facere aliquid propter deum est prius voluisse hoc facere propter deum, virtute cuius volitionis sequitur executio operis nullo contrario interueniente. Ad confirmationẽ casu admisso nõ videt̃ ꝙ aliud sit dicẽdum q̃ de circunstantia finis, notum est ꝙ in casu confirmationis talis homo meretur si sit in gratia &c. Sed non videtur satisfacere penitentie iniuncte/ nisi cogitet ꝙ illud fuit ei inflictum, & ꝙ velit illud acceptare propter reordinationem peccatorum. Imitator tamen doctoris subtilis diceret: satis est: ꝙ virtualiter hoc voluit & quando erat ei iniunctum acceptauit, virtute cuius exequit̃ opus ad extra & ita sentio.

Contra primam partẽ correlarii in qua dici

tur ꝙ cōtinuatio actus habitū ab eo ꝑducibilem nō intēdit: arguitur sic multiplicatio eorūdē actuū eiusdē intēsionis habitū intendit ergo actus continuatus habitum intendit/ ꝓbaƭ cōsequētia quia tātum valet actus cōtinuatus in aliqua intensione ad productionem habitus q̄tum valet multiplicatio actuū eiusdē intēsionis & eiusdem speciei, quia in quolibet instanti esset equalis actiuitas vnius/ & alterius, ¶ Confirmatur ratio per experiētiam sutor pluries trahendo cordā per calceū ad equalem distātiā & cū equali impetu gn̄at sibi habitū bene suendi calceos/ & tn̄ in primo tractu nō est bene habituatus ad suendū/ ergo actꝰ equales iuuant ad intensionē habitus Idē exēplum pōt practicari in omnibus artibus mechanicis,

Ad hoc argumentum cuius confirmatio est difficilior principali & magis cernitur experiētia Rn̄r sicut prius accepta annologia communi doctorum ꝙ actus se habet ad habitum qualiter se habet corpus luminosum ad lumen in medio, sed continuatio corporis luminosi in eodē medio nō arguit intensius lumen in medio q̄ in primo instāti, ergo continuatio actus eiusdem non arguit intensionem habituum, et do exemplum in naturalibus Si sortes esset actiuitatis vt octo & lapis tante resistentie, si sortes maneret per totam horam trahendo lapidem tantum faceret in fine sicut in primo instanti & eodemmodo si sortes dimisisset

tractum in prima parte proportionabili hore, & in secunda parte superuenisset plato eiusdē actiuitatis tm̄ faceret plato sicut sortes: & sic cōseqn̄r. Ad confirmationē dico q̄ sutor non tam fortiter neq̄ tā habiliter trahit in principio sicut in fine: quia sicut iuuenes incipiūt ab alphabeto: & sicut vascula angustiora super fusa liquoris multitudine respuit, & liquorē pedetētim infusū recipiunt. sic qui artē sutoriā capere debet: pedetentim in principio debet trahere cordā postea velocius deinde cum magna habilitate augmentando motum. Sed adhuc argumētum nō est solutum, quia pōt poni casus: q̄ q̄admodū nouitii sunt magis deuoti in primo mense q̄ in sequentibus, stat aliquē esse effectatum ad artē sutoriā qui velocius trahit cordā primo tractatu q̄ in sequentibus: & illo casu dato sequitur, q̄ ille est melior sutor q̄ magister eius. Respōdetur q̄ talis trahēs cordā velociter in principio non dirigit actū suū scd̄m iudiciū practicum: hoc est scd̄m conditiōes requisitas ad illum i quo debet generari ars, sicut talis nō diceretur prudens qui nō exercitatus tantum actum pretenderet sicut exercitatus.

¶ Cōtra scd̄am particulā arguit̄ sic. Posito casu q̄ sortes incipiat elicere .a. actum tēperātie omnino partibiliter a nō gradu vsq̄ ad gradū: vt octo partibiliter talis act⁹ p̄ducit vnū habitū a nō gradu vsq̄ ad octo, & i instāti terminatiuo i quo habit⁹ ē, vt octo, verū ē dicere q̄ .a, act⁹ p̄duxit. b. ha

bitum (sit talis habitus.b.) tunc sic ille habitus est productus ab aliquo vel aliquibus actibus: & cō stat q nullus fuit actus nisi.a. continuo product⁹ per casum, ergo ab.a.actu producebatur ille habitus: & econuerso.b.habitus produxit.a.actū, quia habit⁹ naturaliter inclinat ad similes actus a quibus generatur ex secundo ethicoꝝ. & per casum nullus fuit actus ad quē poterat inclinare.b.habitus nisi.a.ergo.b.habitus ad.a.actum inclinabat et per consequens.b. habitus. a.actum produxit quod erat probandum.

Confirmatur ratio anima christi in primo instanti sui esse produxit actum meritoriū, & ille actus partialiter efficiebatur a gratia quā habebat anima christi in illo instanti. Alias ille actus non fuisset meritorius de condigno: cuius oppositum dicit cōmunis scola. Et iterū illa gratia partialiter efficiebatur ab actu meritorio, quia deus in lege statuta hanc regulā posuit/ q nulli daret gratiam nisi mereretur illam.alias eque bene dormientibus sicut vigilantibus in actibus meritoriis succurreret: & vltra, ergo actus meritorius est causa gratie.

Ad hoc argumentum casu admisso nego q.a.actus sit causa.b.habit⁹: & ecōuerso.cōcedo tamē q isti actus partiales sunt cause istorum habituum partialium, & isti actus partiales sunt cause istius habitus, q̄admodū isti habitus partiales

ſunt cauſe iſtius cauſe. Ex iſtis inferre nequis ꝙ iſte actus eſt cauſa huius habitus, & hic habitus eſt cauſa huius actus, quia illa copulatiua cõceſſa videt̃ inferibile, ꝙ iſte actus eſt prior iſto habitu natura: & iſte act⁹ nõ eſt prior iſto habitu natura

¶ Ad confirmationem ſupponitur quod eſt mereri de condigno & quod de congruo. Sed quia non omnes intelligunt/ mereri de congruo eſt facere aliquẽ actum bonum moraliter nõ effectiue procedentem a gratia: vt ymaginatur cõmuniter de actu attritionis qui eſt actus bonus moraliter. Sed quia effectiue non fit a gratia non eſt meritori⁹ de condigno. Hoc modo dicit Gabriel ꝙ actus contritionis in primo inſtanti ſui eſſe dato ꝙ ſit cum gratia non eſt meritorius de condigno: quia habitus non agit in primo inſtanti ſui eſſe, vt prius tactum eſt. Sed quia ſolet cõmuniter teneri ꝙ chriſtus ſiue anima eius in primo inſtãti ſui eſſe meruit de condigno: dicẽdũ eſt ꝙ deus ſpecialiter iuuabat habituꝫ caritatis in chriſto: vt partialiter concurreret in primo inſtanti ad actũ meritorium. ¶ Ex quo ſequitur quod mereri de condigno eſt aliquẽ facere actum bonum circunſtantionatum debitis circunſtantiis elicitũ a gratia. Sequitur ſecundo ꝙ actus meritorius quo anima chriſti meruit partialiter effectiue ꝓducebat̃ a gratia. alias non fuiſſet meritori⁹ de condigno. Et cum hoc talis actus meritorius erat cauſa ſine qua non gratie anime chriſti: nec ex hoc ſequitur

q idem sit prius & posterius altero: quia ista con sequentia est nulla hoc est causa sine qua non alterius: ergo est prius altero.

Cōtra tertiā particulā arguitur sic illud qd non est, non est obiectum intellectus vel voluntatis, sed multa sunt cognita & volita q̃ non sunt, ergo cōtingit aliquod esse volitum vel cognitum qd non est obiectum voluntatis, cōsequentia est clara probatur añs, & primo maior, quia obiectum semper partialiter effectiue concurrit ad producē dum cognitionem vel volitionem eius, & nunq̃ contingit aliquā rem concurrere in genere cause efficientis nisi illa res sit, ergo nichil pōt esse obiectum intellectus vel voluntatis nisi sit, probatur minor. Primus angelus voluit esse equalis deo: & tamen illa equalitas nō est: immo est impossibilis. Similiter nos cognoscimus chimerā q̃ nō est etiam auctoritas aristotelis tertio ethicorum dicentis voluntas est impossibiliū satis pbat minorem Confirmatur ratio aliquis vult cogitare de aliqua re de qua nō cogitat: sicut qñ parat se ad confessionem nititur recordare de peccatis pteritis, ergo ad hoc q aliquid dicat volitum nō opz q sit cognitum. Item stat bene q deus qñ sortes vult ire ad ecclesiā corrūpat cognitiones ecclesie seruādo volitionē in mente, quia quicquid pōt deus cū causa scda &c. Itē si sortes dormiat qñ debet vigilare, sicut monachus qui debet surgere ad matutinas talis nihil cogitat de matutinis, & tñ peccat

& omne pctm̄ est sic pctm̄ q̄ si nō sit volitum nō est peccatum scd̄m Aug. Respōdetur negādo maiorem nō sequitur hoc est obiectū, ergo hoc est: sꝫ in ꝑbatione maioris tangitur bonum verbum de causa efficienti. vtrū requiratur sua existentia qñ producit effectum, & dico breuiter q̄ sic. Et vlterius dico q̄ si aliqua res q̄ non est cognoscat̄ illa res nō cōcurrit effectiue ad producendum noticiā licet concurrat obiectiue: quia noticie rerum que non sunt causantur a noticiis aliarum rerum que sunt, & non a propriis speciebus: propterea sufficit concursus specierum aliaꝝ rerum. ¶ Ad confirmationem conceditur minor, & negatur consequentia ꝑpter negationē maioris ¶ Ad cōfirmationem distinguo q̄ voluntas possit velle facere aliquid qđ nō cognoscit vel quod possit velle cognoscere aliquid in particulari, quod non cognoscit, & sic cōceditur, vel q̄ possit velle cognoscere aliquid ī particulari vel ī vniuersali: qđ nec cognoscit ī particulari nec ī vniuersali: & sic negat̄ dico ṗ̄ voluntas possit velle cognoscere in ꝑticulari aliquid qđ nō cognoscit ī ꝑticulari lꝫ bene sciat qd est cognoscere ī ꝑticulari. Dico scđo voluntas pōt velle cognoscere ī ꝑticulari vel vniūsali illud qđ nō cognoscet ī ꝑticulari. dico tertio volūtas nō pōt velle cognoscerē ī vniuersali vel ī ꝑticulari nec ī vli tm̄ vel ī ꝑticulari tm̄ nisi cognoscat talē rē ī vli vel ī ꝑticulari, q̄a alias ferreret̄ ī icognitū Ad aliđ cōcedo q̄ deꝰ possit hoc facere, & dico q̄ volūtas

pot est ferre in incognitum de potentia absoluta, vel dicatur q virtualiter illud est cognitū. Postq̄ deus supplet vicem cognitionis. Ad aliud videtur q eomodo quo talis dormiensvult: taliter cognoscet puta vult interpretatiue: & taliter cognoscit Propterea est sic intelligēdum. Si aliquis vult aliquid formaliter cognoscit formaliter illud: & si vult interpretatiue solum illud tantum interpretatiue cognoscet. Nota q aliquis diciturvelle aliquid interpretatiue quando est in potestate sua velle: & tunc suspendit actum voluntatis, vel quādo aliquis vult aliquid ad quod sequitur aliud: taliter q postq̄ voluit primū non potest ponere remedium quo ad secundū. Exemplum primi. Si sortes videat platonē dispositum sic, q velit eum occidere: & potest fugere Tamen suspendit actū voluntatis nullam volitionem elitiēdo talis interpretatiue vult mortem suam & male agit. Exēplum secundi Monachus bene scit q oportet surgere ad matutinas bibit tamen scienter tantum q naturaliter sine suscitatore nō potest vigilare. Itē clamante suscitatore non audit ꝑpter impulsus: vini talis iterꝑtatiuevult nō celebrare horas.

¶ Contra primam partem secunde conclusionis arguitur sic. aliquis est actus prudentialis qui non est verus. patet de illo qui bene agit per ignorantiam inuincibilem: vt solet declarari de Iacob agnoscendo lyam: & de sorte dante panem diuiti quē credit inuincibiliter eē paupcrem

talis bene agit.& non nisi conformando dictami ni prudentiali puta.huic pauperi danda est elemosina,& illud dictamen est falsum igitur. Confirmatur quilibet vere humilis per actum humilitatis vult se subicere omnibus,& sic volendo conformat se huic dictamini, ego sum subiiciendus aliis & forte omnib⁹ aliis peior: tamē illud dictamen est falsum: quia nullus est dabilis vere humilis quin illo aliquis sit peior. Item posito casu quod sumus in festo carnis preuic in media hora ante duodecimā & tota die non comederim carnes: quero quota hora est ab assistētibus, dicunt quod est vndecima, per totā horam futuram comedo carnes conformiter ad istud dictamen comedende sunt carnes per totam horā. Talis bene agit per totam horam: quia suppono quod sit indigentia comestionis, Tamē in secūda medietate hore agit cōformiter ad actum prudentialē istū scilicet comedende sunt carnes postq̄ illud tempus est prohibitum ab ecclesia.

Ad argumentum respondetur supponendo quid sit ignorantia inuincibilis aliqui dicunt quod illa ignorantia vocatur inuincibilis quā homo vincere non potest quicquid faciat. Sed hoc non est verum: quia posito casu quod aliquis predicator doct⁹ in reputatione hominum predicet simplicibus quod Thobias nō habuit canē, simplices nō tenentur discurrere per totum mundu₃, vt querāt vtrum ita sit vel nō quia nunq̄ haberēt finē. Alio

modo ignorãtia dicit̃ inuincibilisqui licit sit vĩn- cibilis nõ tenetur tamẽ eã vincere pro tunc: et sor tes facit oẽm diligẽtiã ad memorãdũ de.a.pecca to quã potuit: sed.a. pctm̃ non occurrit sibi, tunc talis habet ignorantiã inuincibilẽ de.a. pctõ: & tamẽ aliquãdo potuit vincere illã ignorantiam, quia potuit scripsisse.a.pctm̃ vel confiteri imme- diate talis excusatur per ignorãtiã iuincibilẽ Istis suppositis. Rñdet̃ ad formã trãseat ꝙ act⁹ quo vo luit iacob cognoscere lyã sit bon⁹ & similiter act⁹ quo sortes vult dare panẽ diuiti quẽ iuincibiliter credit esse pauperẽ: & nego ꝙ actus prudentialis cor respõdẽs illis actib⁹ nõ sit verus: qa dictamẽ corrñdẽs actui bono Iacob: non erat istud: lya est cognoscenda a me. Sed erat istud hec est cogno- scẽda a me demõstrãdo lyã quã iuincibiliter cre- didit rachelẽ, et sortes dãs panẽ diuiti nõ habet istud dictamẽ solũ, huic paupi ẽ dãda elemosina, Sed hꝫ istud dictamẽ huic est dãda elemosina de mõstrãdo diuitẽ quẽ iuicibiliter credit eẽ paupeꝫ Sic si ponat̃ cas⁹ ꝙ solũ hẽat istud dictamen huic paupi est dãda elemosina demõstrãdo diuitẽ: põt dici, ꝙ illud dictamẽ est verũ veritate morali, et falsum falsitate logica: vel dicatur licet cõformat se illi dictamini: formaliter solum, tamen virtuali ter cõformat se isti huic ẽ dãda elemosina et illd est verũ simpliciter, Ad cõfirmationẽ nego añs: ꝫ solũ hũilis vult se subiicere oib⁹ quib⁹ dictat recta ratio esse subiictẽdum modo cõstat ꝙ sunt multi mali quib⁹ si essent subiecti vere huiles efficerent potiores, & magis tyrãni, & magis tyrãnida exer

cerent,ad aliud casu admisso talis comedendo per totam horam.si fecerit indaginē sufficientē,bene opat̄ ꝓpter ignorātiā inuincibilē.Si aūt ꝓpter leuē cōiecturā:vbi tn̄ eēt magna apparētia ad oppositū voluit comedere carnes ꝑ totā horā:male egit comedēdo ī scd̄a medietate hore: qa tūc tenebat̄ n̄ cōedere. ¶ Forte dices ex hoc sequitur ꝙ male egit ī pria medietate hore,quia suppono ꝙ cōseruet idē dictamē,& eūdē actū volūtatis. rn̄deo si casus fuisset ꝙ habuisset talē volitionē volo comedere carnes ꝑ totā horā futurā & virtute illiꝰ volitionis cōedit ꝑ totā horā:& sic dr̄ ꝙ male egit ī pria pte & ī scd̄a,quia seqt̄ bn̄ ē ei ꝓhitū ī scd̄a medietate hore:ergo ē ei ꝓhitū cōedere ꝑ totā cathegoreumatice.si solū hēat istā volitionē volo cōedere carnes, & tale dictamen comedende sunt carnes: actꝰ fuisset bonꝰ ī pria medietate,& malꝰ ī scd̄a & ꝑ consequēs fuisset dictamē verū ī pria medietate & falsū ī scd̄a medietate & sic idē actꝰ numero primo bonꝰ postea malꝰ. ¶ Cōtra scd̄a3 pticulā illiꝰ cōclusiōis arguit̄ sic aristote.i.vi.ethi.ponit discrimē iter sciētiā intellectū & prudētiā,& dicit ꝙ differūt sic prudētia est de cōtigētibꝰ & singularibus, itellectꝰ,& scia de vniuersalibꝰ & necessariis,ergo male dr̄ ī illa pticula ꝙ nō solū prudētia ē de sigularibꝰ & cōtigētibꝰ.Itē vtrobiq3 dicit ꝙ prudētia & ars habent̄ de possibilibꝰ aliter se hr̄e secus est de aliis.Cōfirmat̄ rō cōtra aliā pticulā:actꝰ exterior addit bōitatē vel malitiā actui iteriori ergo dato ꝙ prudētia sit actꝰ exterior d3 hr̄e ꝓpriā bōitatē, pbat̄ an̄s multiplr̄: quia alias duo qui eq̄liter

volunt pati martyrium,& vnus occditur a tyranno,& non alter:occisus non magis mereretur qđ est falsum quia dabatur ei laureola. Item nisi ↄct⁹ exterior adderit sequeretur: ꝙ si sortes & plato equaliter vellēt occidere ciceronē, cicero tamē occurrit sortiet occiditur. Sequitur ꝙ plato deberet suspendi ita bene sicut sortes quod est contra communem practicam in iure ciuili. Item si sortes esset inebriatus ex culpa sua:& tunc occideret platonē:talis peccaret mortaliter & nō nisi ꝓpter actum exteriorem,quia in casu sit perfecte ebrius non habet actum interiorem: multi sunt alii casus qui possunt adduci quos omitto.

Ad argumentum dico ꝙ prudentia capitur multis modis Vnomodo pro omni dictamie dictante de agibilibus a nobis. Secundū quod debent a nobis fieri vel imitari a nobis siue dictet i vniuersali siue iparticulari sine cōtingēter siue necessario:& hoc modo multa sūt dictamina prudētialia necessaria & vniuersalia,& sic capim⁹ i ꝓposito prudētiam,illo modo capit sanct⁹ Thomas in scđa.ii.& cōmuniter doctores qui dicūt iuditiū isti⁹ ꝓpositionis esse prudētiale,nullum malū est faciendum. Gregorius tamē ariminēsis, insequēdo doctrinam aristotelis in sexto ethicoꝝ, Dicit ꝙ prudentia est solum singularium et contingentium sed tunc capiť prudentia stricte pro iuditio particulari practico acquiribili per discursuȝ practicū:vt est iudiciū isti⁹:hic panis est dand⁹ paupi

Ad confirmationē & ad primam obiectio nem adductā in ipsa: solet distingui q equaliter mereantur, vel equaliter mereātur de pmio essentiali, & sic conceditur vel q equaliter mereantur de pmio accidētali & sic negatur. hic nota q duplex ē premium & similiter duplex est pena quoddā est essētiale, aliud ē accidētale: premiū essentiale nichil aliud est q̄ clara dei visio vel fruitio, & illa nunq̄ augetur nec diminuitur in beatis. Sed premiū accidētale est gaudium quod hn̄t beati circa aliquā creaturam, sicut gaudium quo gaudet martyr, quia passus ē vulnera & flagellationes p xp̄o Tale premium in martyribus vocatur laureola, in virginibus similiter gaudium quod habet virgo seruasse integritatē carnis pꝑter deum est laureola virginum, & de doctoribus gaudium quod predicauerunt verbū dei & cetera. Istis suppositis sunt due propositiōes. Prima propositio illi duo equale premiū haberent essētiale, & similiter haberēt equale premiū accidētale, quicqd dicatur cōmuniter, quia ille q nō est occisus dato q nō gaudeat se passū fuisse vulnera, gaudebit tamē, q efficaciter voluit pati vulnera, & nō stetit per ipsum quin pateretur, fateor tn̄ q gaudiū in illo q passus est debet vocari laureola & nō i alio: & hoc pꝑter cōnotationē termini: nō est hic inquirendū vtrū vcꝫ esset martyr in casu, Martinꝰ de magistris dicit vtrūqꝫ esset martyrē: quia satis est habere volitionē efficacē mortis in p̄sentia periculi siue se-

q̄ꝫ mors siue nō. Sꝫ ex hoc videt̄ sequi ꝙ staret ali quē martyrem eē dāpnatū: vt si posteapeccet, & sic decedat & hec ē cōtra augustinū dicētē iniuriā fa cit martyri qui orat ꝓ martyre: ita ꝙ sequit̄ bn̄ est martyr. ergo ē btūs nec vadit ad purgatoriū alias nō facit iiuriā qui oraret ꝓ eo. Aliter tenet sāctus Thomas ꝙ null⁹ dicit̄ martyr nisi seq̄tur mors: & ita sentio. ¶ Ad scd̄aꝫ obiectiōeꝫ nego cōsequē tiā quia iura hūana nō puniūt nisi actus exterio res: postq̄ nō pn̄t scrutare corda & renes hominū Forte dices admin⁹ sequiur ꝙ apd̄ deuꝫ iste de beret suspēdi adeo bn̄ sicut alter, ꝓ cōseq̄ns scd̄m ius diuinum. deberet suspēdi: & nulluꝫ ē ius huma nuꝫ nisi cōforme iuri diuino ergo scd̄ꝫ ius huma nuꝫ debet suspēdi, dico duplex ē ius diuinum vno mō capitur ius diuinuꝫ ꝓ illo qd̄ cōtinet̄ in sacris litteris vel deducitur ex illis & sic nō oꝫ ius huma nuꝫ sēp eē cōforme iuri diuino: quia multa sunt in iure hūano q̄ n̄ hn̄t silia corrn̄tia in sacris lr̄is alio mō cātur ius diuinuꝫ ꝓ voluntate dei: vel ꝓ iudi cio diuino quo iudicat istum esse dignuꝫ: & alium esse indignum. & sic cōseq̄nter et hoc mō ius hūa nuꝫ dꝫ eē cōforme hoc itellecto iuri diuino. quia ta lis n̄ fecit aliqd qd̄ spectat ad foꝝ coꝝ: Forte di ces seq̄ret̄ ꝙ staret iudices hūanos reliq̄re multos occidē q̄ n̄ peccauer̄t q̄a stat bn̄ꝙ aliqs faciat actū exteriorē & n̄ hēat iteriorem ei cōformē, Item cō tingit freq̄nter cōdempnare inocentes ꝓbatoꝫ no centes ꝑ falsos testes. ¶ Rn̄r cōcedēdo correlariū,

quia iura humana nō sp puniunt pro pctis. Sʒ nūq puniūt sīn cā saltē iuste: qlʒ q occidit hoieʒ diceret q noluit occidere lʒ man⁹ pcutiebāt ad extra: & sic pierit res publica, ppterea n̄ sīn cā occidūtēt ebrii pfecti occidētes alios. Ad alid siue ad tertiuʒ dicunt aliqq facta i ebrietate n̄ sunt iputabilia & tunc argm̄ n̄ pcedit: alii dicunt q sunt iputabilia & tūc ē difficile saluari q n act⁹ exterioe addit. sed pt dici q talis ebri⁹ hʒ actuʒ interiorē iterptatiuū qa tenet hre nolitionē occidēdi ptūc & n̄ deobligat pp culpā suā & ppterea iterptatie vult occidere. alii dicūt q malitia illi⁹ homicidii rpit i actu quo talis voluit icbriare: mallē tn̄ dicere q rpit in volitiōe interptatia. Alius casus communis sint duo paruuli: a, & ,b. non baptisati & occurrat aliquis qui baptisat/a/& non baptisat.b, ille baptisatus ppter actuʒ exteriorē habebit grāʒ, similiter sint sortes & plato: sortes velit cape eucharistiā. sʒ nō hʒ sacerdotem q ministret plato velit cape et capiat. plato habebit maiorem grām q̄ sortes nō nisi p actuʒ exterioreʒ, cōceditur bn̄ q i actib⁹ puilegiatis sicut sūt sacramēta act⁹ exterior addit bonitatem hoc pbat rō.

¶ Contra vltimam particulam questionis arguit sic. Si aliquis act⁹ impat⁹ esset meritori⁹ illo modo maxime esset dilectio dei quādo sortes vult diligere deum ppter se. Sʒ tunc dilectio dei non est meritoria, nec moraliter bona de nouo, quia adeo necessario dilectio dei sequitur ad illā

volitionē īperatiuā sicut sequitur act⁹ exterior ad volitionē imperatiuā act⁹ exterioris puta sicut sequit̄ ambulatio ad ecclesiā ad volitionē efficacē qua aliquis vult ire ad ecclesiā: qđ ,pbat̄ sic quia est magis in potestate voluntatis diligere deum quādo imperatur dilectio dei q̄ sit ambulatio ad ecclesiam quando imperatur ambulatio postq̄ dilectio dei est actus voluntatis, et nihil magis in potestate hominis q̄ sua voluntas scđm Augustinuȝ. ¶ Confirmatur si dilectio dei naturaliter sequēs ad actum imperatiuū illius dilectionis esset meritoria de nouo/ sequeretur q̄ continuatio necessaria actus eliciti in instanti esset meritoria de nouo: consequens est contra communem opinionem ī theologia ergo & añs: qđ sequat̄ pȝ: q a tota ratio quare continuatio neccāmeritoria nō ē meritoria de nouo est propterea quia talis cōtinuatio necessaria sequitur ad elitionē actus. modo ad elitionē actus imperantis necessario sequitur elicitio act⁹ imperati: postq̄ nullum est impedimentum, quod notanter dixeriȝ, quia si actualiter in voluntate sit odium dei, et voluntas imperet diligere deū, stat bene q̄ non diligatur deus propter impedimētū formale maioris actiuitatis. ¶ Et si dixeris q̄ voluntas sēper est maioris actiuitatis q̄ aliquis act⁹ elicitus ab ea ē resistentie: ergo talis euasio nō valet: distinguit̄ añs vel q̄ sit maioris actiuitatis formalr̄ & sic ñ oȝ vel virtualiter & sic trāseat, volūtas ē tāte actiuitatis virtualr̄ q̄te alius est actus elicit⁹/

& virtualiter est tante actiuitatis q̃te ē actus quez potest elicere. ¶ Ad istud argumentum cum confirmatione rñdetur difficile est sustinere q̄ continuatio actus eliciti in instanti non sit meritoria de nouo. & tamen q̄ actus iperatus necessario seq̄ns ad aliuz est de nouo meritorius: postq̄ pocō est tacta in mediuz oportet dicere aliq̄d cōseq̄nter: possunt esse multe solutiones: Primo ponendo q̄ voluntas non potest elicere actum in instanti: negaretur oīs cōtinuatio meritoria act᷑: nec esset possibile illā p̄bare, maior ergo ē difficultas supposito q̄ volūtas possit elicere actū in instāti: & hoc admisso videtur aliquibus probabile q̄ in nullo instanti in quo actus continuatur aliquid meretur de nouo, Sed tamē primo est aliquod meritum: sicut de corpore luminoso posito in/a/ pūcto & cōtinuo posthoc moueatur versus/b/in nullo instāti motus causat nouum lumen sed in quolibet instanti est nouum lumen causatum ista analogia est bona, ¶ Sed est vnum argumentum difficile supposito q̄ deus suspendat actum voluntatis in qualibet parte proportionali in qua voluntas cōtinuat actum, & in instanti terminatiuo dimittatur voluntas in suis naturalibus. sicut dimittebat in continuatione, in illo casu in quolibet instanti meretur nouum meritum: Et eodē modo se habet sicut in continuatione, ergo in continuatione in quolibet instanti merebatur.

¶ Alius est modus dicendi communis q̄ in

tempore in quo de necessitate continuat nec in ali quo instanti eius aliquid de nouo meretur & contra hoc procedit argumentum difficile, Quo admisso dico q̄ nō ē similē de cōtinuatiōe necessaria & de actu necessario sequente ab eo, quia continuatio necessaria naturaliter depēdet ab aliquo preterito, puta ab elitione actus & ad preteritum non est potentia secundum cōmunem modū loquendi. Sed quādo vnus actus sequitur ad alterius potest sequi p̄ hoc instāti p̄ quo elicitur act⁹ primus, ad quē sequitur: & per cōsequēs eadē cōtigētia potest elici talis actus scd̄us sicut prim⁹. ¶ Itē potest dici q̄ volūtas ē ipossibiliū sicut dicit aristoteles tertio ethicorum. & tūc licet ad actū iperātem naturaliter debeat sequi actus iperat⁹: tamē volūtas que est impossibiliū nō elicit actum cōtrarium ad actum qui naturaliter debeat sequi. Cōtra correlarium primum procedit eadem ratio facta cōtra vltimā particulā scd̄e cōclusionis propterea relinquitur impugnatum ex dictis, ¶ Contra secūdum correlarium arguitur sic, propter actum fidei aliquis meretur vitā eternā/ ymo impossibile ē mereri vitā eternā sine fide iuxta illud apostoli sine fide impossibile ē placere deo. & tamē per prudētiam nullus meretur vitā eternā: nec aliquis tenet habere prudētiā sub pena perditionis vite eterne ergo prudētia & fides non pari passu ambulant in bonitate. Forte dices scd̄m intelligitur q̄ pari passu ambulāt quia q̄admodum prudentia est so-

lum extrinsece bona eo q̄ non est actus volũtatis sic est de fide q̄ solum ipsa est extrinsece bona qa fides est solum actus intellectus. ❡ Sed cõtra hoc replicatur dicit Augustinus q̄ intrare ecclesiã potest homo nolẽs accedere ad altare potest homo nolens. Sed credere non potest homo nisi volens. ergo fides est actus voluntatis, vel saltem partialiter dependet ab actu voluntatis sic q̄ efficitur a tali actu & prudentia non taliter dependet nec efficitur ab actu voluntatis, igitur solutio nulla. Confirmat̄ cõtra scd̄am particulã illius correlarii vterq̄ assensus. sc3 prudentia & fides. est ineuidẽs ver⁹ & certus, ergo pari passu ambulãt quoad euidentiam: tenet consequẽtia. probatur añcedẽs q̄ fides sit assensus certus & ineuidens. nõ ẽ difficultas ex diffinitione termini, q̄ prudentia sit certus assensus & verus nõ ẽ dubiũ, Sed q̄ sit ineuidens pbat̄ ista ppõ ẽ ineuidẽs huic est dãda elemosina: quia stat demõstrare vnũ diuitẽ similiter prudẽtia habetur frequẽter de futuris cõtingẽtibus & de ista in estate sunt emẽda ligna p hyeme, & notũ ẽ q̄ assẽsus talium ppõnũ nõ ẽ euidens: igitur,

❡ Pro solutione argumenti pono propositiones,

❡ Prima propositio est q̄admoduz aliquis tenetur ad fidem saltem acquisitam: similiter quilibet tenetur ad prudẽtiã, notãter dicitur acquisita quia puuli tenent̄ ad fidẽ ifusã & non tenentur

pro tunc ad prudentiam, probatur propositio qlibet tenetur ad actum meritorium puta ad obseruantiam preceptorum. Si vis ad vitam eternã ingredi serua mãdata, Sed nullus potest facere actũ meritoriũ nisi faciat actum moraliter bonũ, & nõ potest facere actum moraliter bonum sine iudicio prudentiali: vt patet ex solutionibus argumētorum circa primam conclusionem.

Secunda propositio ad hoc q̄ aliquid dicatur prudentia non oportet q̄ effectiue dependeat a voluntate sicut dependet fides. quia non requiritur q̄ partialiter causetur ab imperio voluntatis, Sed hoc oportet ad hoc q̄ aliquid dicatur fides: saltem mediate vel immediate.

Tertia propositio qualitercũq̧ fides est meritoria stat prudentiam esse meritoriam & similiter scientiam, patet quia fides nõ est meritoria nisi q̄ imperatur a volũtate. Sed voluntas potest imperare prudentiam quo facto esset meritoria.

Quarta propositio q̄admodum soli prudētie non dabitur vita eterna sic nec soli actui fidei secluso actu voluntatis ymo ratione actus fidei nichil debetur vltra illud quod debetur actui voluntatis, ¶ Cum omnibus istis stat q̄ homo nõ põt credere nisi volens quia oportet habere imperiũ voluntatis quod est volitio, non sic est de prudentia saltem de qualibet, ¶ Ad confirmationem dico q̄ argumentum probat aliquem actum prudē

tialem esse actum fidei:quia iste est actus pruden tialis deus est diligendus,& tamen assensus eiusdem est assensus fidei,quia est nobis preceptum diligere dñm deũ,et ex cõseq̃nti iudicare ipm eẽ diligendum,tamen stat aliquẽ actum prudentialem esse euidentẽ:& non stat aliquẽ actum fidei. Exemplum si sortes videat ꝙ occideretur a lancea,vel staret ĩ aliquo loco quo occideretur si manerit,est ei euidens: ꝙ est fugiendum,multa alia exempla adduci possunt.

Contra tertiam conclusionem siue contra eius primam particulã: nõ sunt dabilia extrema virtutũ theologalium,ergo neq; extrema moralium virtutum dabilia sunt:cõsequentia est apparens,quia non est dabile extremum in dilectione dei saltem ascendendo nec aliquis potest nimiuȝ credere nec sperare.

Confirmatur de virtutibus moralibus non est dabile extremũ amicitiæ nec extremum iusticie,semper intelligo ascẽdẽdo. Item virginitas non habet extrema:quia maxime haberet viduitatem vel castitatem coniugalem:quia si sunt aliqua alia extrema dentur,& illa nõ sunt extrema: quia sunt virtutes,Item aristoteles multas nominauit virtutes quibus non dedit duo extrema, vt patet in quarto ethicoꝝ.Pro solutione argumenti nego ꝙ virtutes theologice non habeant extrema,de spe nõ est difficultas,habet desperatio-

nem & vnum aliud cui nō est nomē impositum: vocatur stulta ex spectatio future glorie vel p̄sumptio: fides similiter habet extrema: quia aliqui sūt qui sunt nimis difficiles ad credēdum: aliqui nimium faciles, ita q̄ credūt cuilibet dicēti & sic facile dissentiūt propositionib⁹ fidei: de caritate est maior difficultas, de extremo inferiori non est q̄stio: multi deficiunt in diligendo, de extremo superiori dico q̄ stat dare casum i quo diligere deū est malū, vt casu posito q̄ sortes orauerit deum per diem integrū sic q̄ sit necessariū dormire: vt seruaret vitam: talis tunc tenetur dormire per consequens si diligat deum male agit. actu elicito.

Ad cōfirmationem facile est dare extrema amcitie: quia multi sunt inimici proximorum ascendendo potest dari, quia aliqui sic diligunt filios vol parentes q̄ negligunt salutem propriā. De iusticia iniusticia opponit descendendo, ascēdendo prohibetur noli esse nimium iustus hoc est nimium in sequendo rigorem iusticie homo peccat. quia aliqñ oportet vti epikea sicut faciūt cancellarii parisiēses i licentiis pauperem doctū postponunt: & p̄ponant diuitem in doctiorē qui possit seruare honestatem vniuersitatis in distribuendis birris.

¶ Arguitur contra secundam particulam nullum verum vero repugnat, ergo nec aliqua vir

tiis virtuti, tenet cõsequentia: quia si virtutes repugnarent dictamina prudentialia illarum virtutum essent incompossibilia, & cum quelibet prudentia sit actus vel habitus veridic⁹ ex sexto ethicorum. sequitur q̄ verum vero repugnaret.

¶ Confirmatur ratio Si alique virtutes repugnarent inter se, maxime esset virginitas & matrimonium, vel paupertas & magnificentia: vel humilitas & magnanimitas vel seueritas & clementia. Sed iste virtutes non repugnant, nam matrimonium & virginitas compatiebãtur sese in virgine gloriosa. Item pauper euãgelicus potest velle exercere opera magnificentie sicut diues & si consequenter.

¶ Ad argumentum concedo q̄ nullum verum vero repugnat pro illo tempore, pro quo vtrũq; est verum, & quando infers q̄ nulla virtus repugnaret virtuti nego cõsequentiam, quia virtutes morales nec sunt vere neq; false. Sed sunt aliquando incompossibiles volitiones: vel volitio & nolitio opposite. Exemplum, capio sortem qui habet magnam probabilitatem q̄ bene et secure viuet in mũdo tamen melius viueret in religione talis potest virtuose velle intrare religionem propter deum: & põt virtuose velle viuere in mundo, qa homo nõ tenet̃ ad illud q̄d est melius

alias nullum esset consilium. Sed hic oritur dubitatio quare voluntas non possit elicere simul: et semel volo intrare religionem: & ibi terminare vitam, & volo viuere in mundo vsq; ad finem vite, non vr̄ q̄re tales volitiones cōtrariētur: & dato ꝙ essēt contrarie postq̄ voluntas est impossibiliū quare non potest illas duas simul elicere.

Alia dubitatio vtrum licite aliquis potest nolle intrare religionem, & videtur ꝙ non: quia male facit sortes qui vouit non intrare vel iurat, ergo non licet nolle. Item nullum potest esse motiuum bonum ad hoc ꝙ homo nō vult intrare religionem. Similiter virtutesque sunt consilia: nō haberēt extrema si tales nolitiones essent licite.

Ad primam dubitationem dico ꝙ contrariantur ad minus virtualiter: & quando dices ꝙ voluntas est impossibilium: ergo potest elicere cōtraria simul cōsequētia est nulla. Sed distinguo ꝙ voluntas sit impossibilium, vel ꝙ sit impossibiliū velle, & sic negat̄: vel ꝙ sit impossibiliū fieri & sic conceditur, ego possum velle facere chimeram, sed non possum velle aliquid quod est impossibile velle, modo est impossibile velle contraria simul: hoc ē, impossibile est habere volitiones contrarias naturaliter.

Ad secundam dubitationem dico ꝙ stat bene hominem nolle intrare religionem non male

agendo: quia non est prohibitum a lege aliquã illud nolle: vel da legem. Et quãdo dices nullum potest esse motiuum ad nolendum. hoc nego. stat ꝙ homo habeat vxorem & liberos ad nutriẽdũ: vel habeat patrem prope extremã necessitatem, multa alia sunt media. Et quando dices virtutes que sunt consilia non haberent extrema. Dico ꝙ valde difficile est in talibus virtutibus reperire extrema vitiosa. Sed oportet capere vitiosum, vt tãtum valeat sicut minus bonum, & reperientur extrema si sint, propter hanc rationem videtur ꝙ nolitio cuiusdam cõsilii boni nõ est mala licet volitio opposita sit bona vel esse potest.

Ad confirmationem dico ꝙ si sint alique virtutes contrarie sunt ille date in confirmatione Quas etiam adducit oKã distinctione. xxxvi. tertii: vbi agit de connexione virtutum. ¶ Ad argumentum distinguo ꝙ matrimoniũ & virginitas stabãt in beata virgine, vel capiẽdo matrimoniũ pro proposito absoluto cognoscendi a viro suo, & sic negatꝛ: ꝙ beata virgo habuit matrimoniũ: qa nõ voluit absolute cognosci a viro: vel capiendo matrimonium pro ꝓposito conditionali quo aliquis vult cognosci. si placet deo vel si alter petat debitum sicut dicitur communiter & sic beata virgo habuit matrimonium, cũ securitate per reuelationem interiorem ꝙ maritus eius nunq̃ peteret debitum. Si dicas ponamus ꝙ petiisset: tunc

sequitur q̄ beata virgo fuisset obligata reddere, dico q̄ ponis aliquod impossibile de lege. Propterea extra legē ñ hēo pro incōuenienti q̄ beata virgo potuit cognosci, eodemmodo dicēdū est ad alia.

¶ Arguitur contra tertiam particulam castitas virginalis cōnectitur cum qualibet virtute, patet non stat aliquā virginem posse seruare virginitatem nisi simul, cū virginitate habeat alias virtutes. Si negaueris probatur, voloq̄ sit bertha virgo que primo temptatur per minas: scilicet q̄ perdet virginitatem vel q̄ morietur talis virgo nō posset se defendere in casu nisi habeat fotitudinē quia vel vult corrūpi & sic ñ defendit se: vel vult pati mortem & sic habet actum fortitudinis per consequens oportet defendere virginitatem per fortitudinem, postea recedente tyranno volo q̄ superueniat alter qui offerat multa munera berthe; vt perdat virginitatē: tunc bertha non potest resistere nisi per iusticiam non faciendo illam turpem cōmutationem, quia si nult munera accipere elicit actum iusticie. & si vult corrumpi perdit virginitatem, ergo necessaria est iusticia. illo abeunte superueniat tertius qui blandis verbis nititur decipere berthā. Tunc bertha non potest resistere nisi per prudentiam, & si contempnat verba actum prudentialem eliciet, deniq; superueniat quartus qui promittat vitam voluptuosam, & in

gustu,& in tactu:tunc bertha non potest respuere nisi per actum temperantie.

¶ Confirmatur contra vltimam particulã sequitur bene virtus moralis connectitur prudentie: ergo prudentia connectitur virtuti morali cuius oppositum dicit particula tenet consequentia per conuersionem.

¶ Ad argumentum respondetur ꝙ in casu huius tactis virginitas p ꝓprios actus potest defẽdere virginem illesam,puta per tales actus volo seruare virginitatem non obstante morte munere vel blandiciis.

¶ Ad confirmationem nego consequentiam,quia virtutẽ connecti prudentie est illã non posse acquiri sine prudentia & prudentiam connecti virtuti est prudẽtiam non posse acquiri sine virtute:modo hoc est falsum:quia ex multis actibus intellectus hoc mõ potest generare habitũ prudentialem,dato ꝙ nunq̃ elicuerit actum voluntatis.

¶ Sequitur secunda questio superaddita.

Queſtio ſuperaddita

¶ Vtrum temperantia ſpecialis ſit virtus/ & a qualibet alia virtute diſtincta.

¶ Queſtio moralis ſecunda.

¶ Prima concluſio.

TEmperãtia virtus vite humane plurimum accõmoda. Cardinalis virtus nõ immerito appellatur concupiſcentiarum delectationumqꝫ guſtus & tactus moderatiua: duabus precipuis abſoluitur partibus ſubiectiuis, a quarum nulla virtutis cardinalis denominationem excludimus.

¶ Primum correlarium,

¶ Temperãtia in appetitu intellectiuo aut vt aliis placet in ſenſitiuo ſubiectata aliorum ſenſuum delectationum eſt moderatiua.

¶ Secunda concluſio.

Prima temperantia filia tres caſtitatis proles complectitur, quarum virginitatis decor.cõiugio viduali qꝫ caſtitate eſt preferẽd⁹.

Correlarium ſecũdum.

¶ Sicut virgo violẽter corrupta nullam virginitatẽ amittit ſic: virginem naturalr̃ parere nõ reputamus impoſſibile.

¶ Tertia concluſio.

¶ Temperantia regularis certis limitib⁹ conten

ta q̄ q̄tulocunq̧ excessu aut defectu violat̄,sobrie atem, & abstinentiam cōprehendit.que temperā tie regularis latitudinem scd̄m recti dictaminis iudicium constringunt.

¶Correlarium tertium.

¶Sobrietatis & abstinētie alterum extremorum regulam temperantie non omnino excludit:licet virtutis quodlibet extremoꝝ quodāmodo,vitiosum reputemus,

PRobatur prima conclusio auctoritate Aristotelis tertio ethicoꝝ. Circa materiam de tēperantia vbi expresse determinat temperātiam versare circa gustuȝ & tactū,&ponitur ad moderādum delectationes& concupiscētias circa gustabilia & tāgibilia:illa est sententia aristotelis in loco preallegato:& q̄ sit plurimum accomoda vite humane patet, quia plures occidit gula q̄ gladius: etiā insensibilitatē reputat aristoteles peiorem saltem cōseruationi vite magis repugnanē. ¶Vltima particula cōclusionis ponitur contra martinū de magistis qui n̄ attribuit denominationē virtutis cardinalis alicui inferiori illius virtutis,hoc videtur contra doctrinam logicam:& aristotelē in thopicis. Si aliquid p̄dicatur de genere debet predicari de aliquo cōtento sub illo. ¶Probatur prima pars cor

relarii, quia tẽperantia est in aliquo subiecto & ñ est in corpore ergo in anima, & nõ ẽ in parte quæ intellectus dicitur alias non esset virtus moralis, ergo est in appetitu sensitiuo vel intellectiuo, in intellectiuo secundum noiales & communes philosophos morales, in sensitiuo appetitu secundũ sanctum Thomam alias non moderaret passiones illius appetitus: Secunda particula probatur. quia moderatio delectationum aliorum sensuũ puta visus vel auditus spectat ad aliquam virtutẽ & non est aliqua danda alia, ymo dicit Aristoteles tertio ethicorum q̄ non delectamur in aliis sensibus nisi propter gustũ & tactum qui sunt maxime necessarii animali vt patet ex Aristotele tertio de anima

¶ Probatur secunda cõclusio auctoritate omniũ moralium philosophorum qui distingunt castitatem virginalem, vidualem & coniugalem: q̄ autem virginitas sit p̄ferẽda patet auctoritate apostoli dicentis: melius est nubi q̄ vri vt sequitur in littera vellem omnes homines similes mihi fieri, intellexit de virginitate vt dicit glosa.

¶ Probatur correlarium stat virginem esse corruptam ipsa ignorante vel violenter semper nolendo corruptionem. tunc talis non perdit virginitatem: quia virginitas est habitus genitus ex frequẽtatis volitionibus de seruando integritatẽ carnis, modo talis habitus non corrumpitur nisi per volitiones oppositas & illa non habebat tales vo-

litiones in casu igit. hic pōt dici q̄ talis perdit virginitatē, sed nullā virginitatē perdit vt declarabitur in argumētis tūc si talis pariat virgo parit.

Tertia cōclusio probatur. q̄a latitudo sufficit ad seruādū hominē infra latitudinē temperātie & aliqua nō sufficit, quia aliquis potest tm̄ comedere q̄ trāscēdit, & tā parū q̄ nō sufficiēter capiat, ergo oportet dare vnū mediū inter superhabundātiā & defectū. exempli gratia. Si homo comedat solū vnū panē in die nimis parū comedit & si comedat tres excedit regulā: ergo tēperantie est comedere duos: sed nō oportet comedere duos omnino, alias n̄ esset discrimen: inter abstinētiam & regularē temperantiam, quia abstinētia diminuit de latitudine alterius puta. Si homo comedat vnum cum dimidio in toto die talis est abstinens. Eodemmodo potest dari exēplū de sobrietate. sobrietas respicit potum. temperantia regularis in potu est bibere pinctam in die. quia copina est nimis parū. tres copine excedūt, datur ergo pincta pro regula. sobrietas diminuit de illa regula scilicet bibere copinam cum dimidia ē seruare sobrietatem.

¶ Probatur correlarium. quia iam dictum est q̄ regula abstinentie consistit in pane cum dimidio ergo si comedat vltra panem cum dimidio est in extremo abstinentie in superhabundando: & tamen adhuc est infra regulam temperantiæ;

quia regula temperantie se extendit ad duos panes, ergo vnum extremum abstinentie partim includitur in regula temperantie. Et eodemmodo potest probari de sobrietate cuius regula est bibere copinam cum dimidia: vltra bibendo tunc est in extremo sobrietatis & tamen semper est in latitudine temperantiæ quousq; bibat pinctam: igitur. ¶ Contra primam partem prime conclusionis arguitur sic, est dabilis aliquis homo cui regula temperantie non est accomoda: ergo prima particula falsa. probatur añs de melone de quo fecit mentionem Aristoteles primo ethicorum sue regule non sufficerit comedere duos panes tantum ¶ Forte dices sicut dicit Aristoteles q non semper manet eadem regula in ordine ad quemlibet hominem. Sed secundum diuersitatem complexionum & quantitatẽ corporis est adhibẽda alia & alia regula: modo melo erat maior quantitate & forte calidior complexione ludimagistro: quos ad inuicem cõparat aristoteles loco preallegato. ¶ Tunc replicatur sic: volo q sortes & plato sint eiusdem magnitudinis & eiusdem complexionis & sic se habeant anno sequenti q sortes temperate viuat: platone comedente in duplo plus per totum annum. tunc in fine anni adhuc isti sunt eiusdem quantitatis & eiusdem complexionis: & tamen regula temperantie non est accomoda platoni in fine anni. igitur,

¶ Confirmatur si temperantia vitæ huma-

ne esset accomoda sequeretur ꝙ virginitas nõ eẽt virtus: sequela ptz. quia virgo simpliciter recusat tactum, & quicunqꝫ recusarit gustum male agit, ergo virgo male agit: tenet consequentia quia sicut temperatus in gustu debet mediocriter vti cibariis & potibus & nullo modo vti est vitiosũ, sic temperatus in tactu debet mediocriter vti veneriis quia nullomodo vti esset deficere. ¶ Responsio data est arguendo, ad replicam casu admisso dico ꝙ plato in illo anno mutauit suam complexionem intemperate comedendo: & dato ꝙ debeat in fine anni seruare regulam temperantiæ, non debet tamen seruare regulam temperantiæ sortis: quia si sic illud esset contra bonam habitudinem corporis sic subito transire de dupla comestione ad subduplam: & propterea secundum dictamen recte rationis potest plus comedere q̃ sortes, ¶ Si dicas ex hoc sequitur ꝙ propter suã culpam licet ei plus comedere q̃ licet alteri qui non peccauit. ¶ Respondeo ꝙ non est illud inconueniens per accidens. Nolo tamen dicere quin talis deberet successiue minus & minus comedere vt sine notabili detrimento veniat ad medium.

¶ Ad confirmationem dico ꝙ non est simile de gustu & tactu quia si homo nihil comedat periret illud indiuiduum & sic esset homicida sui, Sed nõ tenetur quilibet sic ad tactum quia nõ est questio: dato ꝙ ipse non vtatur veneriis non periret spẽs sua: quia satis multi operam dant,

¶Contra aliam particulam arguitur sic: tempe rantia naturaliter suis actibus causat delectatio= nem & similiter concupiscentia, dicente augusti= no impossibile est quiz visis tangamus voluit di= cere q in operationibus gustus & tactus precipue sequit delectatio. igit tẽperãtia nõ est moderatia illarũ passionũ. ¶Cõfirmatur tẽperantia nõ põt facere q aliquis actus intemperantie sit studios9 ergo tẽperãtia nõ potest talẽ cõcupiscẽtiã opera= re. ¶Respondeo breuiter non est intelligendum q temperantia moderat concupiscentias & dele ctationes ad hunc sensum q actum intemperan tie vel insensibilitatis reducat ad mediocritatem quia hoc est impossibile tenendo q actus habet circunstantias pro obiecto. ¶Scdo dico q tem= perantia non sic moderat delectationes & concu piscentias q suis actibus videat omnem insultuz talium passionum quia non est possibile virtuose operando, quin aliqua sequatur delectatio in ap= petitu. Sed est sic intelligendum q temperantia moderat delectatiões sic q impedi ne insurgere contra dictamen rationis & impeditur in poten= tia appetitiua siue sensitiua siue rationali produ= cantur actus recte rationi difformes, & per conse quens omnis virtus taz naturaliter prohibet ac9 vitiorũ oppositorũ q̃ naturaliter inclinat ad suos actus ꝓprios quia sic inclinare est ꝓhibere. ¶Cõ tra tertiã ꝑticulã sic. nõ sũt dabiles due spẽs imme diate cõtente sub ly tẽperãtia ꝓut ẽ virtus cardia=

lis quia maxime esset castitas, temperantia regularis. sed hoc non, quia liberalitas clementia mansuetudo veritas eutrapilia: continentur sub temperantia cardinali & tamen non sub castitate nec sub temperantia regulari. Item tẽperãtia solet diuidi in castitatem sobrietatem & abstinentiã. igitur non solum habet duas species, Rñdeo virtutes assignate non continentur sub temperantia sꝫ alique reductiue ad iustitiã vt liberalitas: quia cũ illa habet maiorem conuenientiam: aliqua ad fortitudinem vt clementia: que moderat iras, aliqua ad prudentiam vt veritas, alique ad temperãtiaꝫ vt virtus que moderat delectationes alioꝝ sẽsuũ a gustu & tactu capiendo illum terminum temperantia extense (vt capit Martinus de magistris) nõ est possibile reperire aliquam virtutem quin contineatur sub aliqua illarum etiam proprie quia inter contradictoria nõ est dare medium, & ipse distinguit temperantiã a fortitudine per arduum & non arduum, ita ꝙ dicit tẽperãtiã esse circa nõ arduũ, & fortitudinẽ circa arduum: nos aũt non distinguimus sic sed penes propriam materiam puta penes delectationes & concupiscentias gustus & tactus, Et propterea quia est illarum moderatiua, Fortitudo autem est moderatiua tristiciaꝝ, Ad aliud quod tangitur in argumento distinguo ꝙ temperantia soleat diuidi in illa tria membra, vel sub diuidendo vnum istorũ duoꝝ membrorum puta tẽperãtiã regularem & sic concedo,

vel diuisione prima & immediata que debet esse
bimembris & sic negatur.
¶ Contra vltimam particulam arguitur sic: seque
retur ꝙ ista esset vera omnis temperantia est vir-
tus cardinalis, sed consequens est falsum: quia se-
quitur in darii. omnis temperantia est virtus car-
dinalis, sobrietas est temperantia: ergo sobrietas
est virtus cardinalis, modo conclusio est manife-
ste falsa: quia honestas moralis non voluitur cir-
ca sobrietatem: sicut hostium in cardine & illa est
ratio virtutis cardinalis:
¶ Confirmatur ratio circa collectionem omniuȝ
habituum moderatiuarum delectationum gustus
& tactus vel passionum non arduarum consistit:
maxime honestas moralis: ergo talis collectio de
bet vocari virtus cardinalis, ¶ Respondetur tran
seat veritas istius, omnis temperantia est virt⁹ car
dinalis. quia ista est vera temperantia est virt⁹ car
dinalis: vt omnes cōcedūt, vel ergo subiectum sup
ponit materialiter & sic sua falsitas est nota vel ꝑ
sonaliter & tūc q̄ro ꝓ qua singulari redditur vera:
¶ Si dicas pro sobrietate habeo illud quod peto.
si pro abstinentia eadem est ratio de sobrietate:
ergo vniuersalis est concedenda.
¶ Sed tunc inquirendum est quid importatur per
istum terminum virtus cardinalis. quia videtur ꝙ
non possit supponere pro sobrietate: & videtur di
cendum ꝙ virtus cardinalis est illa que versatur
circa materiam: humane conditioni summe ne-

cessaria vel dicatur sic virt⁹ cardinalis est illa circa quã versatur honestas moralis potissime vel aliqua pars eius, & sic cõprehendentur inferiora ad temperantiam cõmuniter dictã. ¶ Ad confirmationem secundũ martynũ de magistris esset dicẽdum ꝙ argumentũ concludit & consequenter dicit ꝙ virtus cardinalis est nomẽ collectiuũ: & similiter dicẽdũ est de tẽperantia, alias tẽperantia nõ esset virtus cardinalis, sed nõ vr̃ dicere cõsequenter assignando castitatem sobrietatem & abstinẽtiam pro partibus subiectiuis, quia temperantia hoc modo nulla inferiora haberet saltem specifice distincta. Et ꝑpterea nego ꝙ aggregatũ illoꝝ habituũ dicatur tẽperantia: sed vnusquisq́ʒ poti⁹.

¶ Contra primam partem correlarii temperantia est ponenda subiectiue ĩ illo in quo ponuntur passiones moderande ab ipsa temperantia: sed in appetitu sensitiuo sunt passiões que vocantur delectationes & concupiscentie, quia tales causãtur ex presentia obiecti delectabilis hoc est ex conuenientia eius cum sensu vel ex memoria obiecti delectabilis, modo ista sunt adminus iu sensu interiori igitur.

¶ Confirmatur pro altera parte tẽperãtia est virt⁹ moralis, ergo est collocãda ĩ parte appetitiua libera: quia virt⁹ moralis distinguit̃ ab intellectuali eo ꝙ moralis procedit effectiue a voluntate & nõ intellectiua. Itẽ si solum esset in sensu

cum bruta habēt sensum sicut homines sequitur ꝙ bruta possent facere opera virtutis laudabilia vel vitia vituperabilia.

¶ Ad argumentum dico ꝙ ponendo vnā animā solam in hoie dato ꝙ delectatiões & cōcupiscētie dicātur i potentia sensitiua eē & tēperā tia, ponatur in potentia rationali sunt tamen in eodem subiecto puta in eadē anima. Sed ymaginando illas potentias distinctas realiter adhuc dico ꝙ potentia sensitiua est subiecta potētie rationali sic ꝙ est nata obedire in suis operationibus, & sic voluntas moderat passiones appetitus sensitiui iperando, ꝙ eliciat tales vel tales operationes ex quibus nate sunt s. qui passiões conformiter ad dictamē rectum. ¶ Ad confirmationē cōcedo ꝙ ē virtus moralis, nego ꝙ ex hoc sequatur ꝙ sit subiectiue in voluntate. sed satis est ꝙ effectiue a volūtate, vel a suis operationibus elicitis Imaginatˀ sanctꝰ Thomas ꝙ voluntas per actus elicitos proprios circa materiā temperantie ꝓducit habitū i appetitu sensitiuo ꝑ cuius inclinationem moderantur passiones illius appetitus.

Contra vltimā particulam arguitur sic. materie distincte debēt habere virtutes distinctas. sꝫ delectationes gustus & tactus sunt materie distincte a delectationbꝰ aliorꝝ sensuum maxime quando obiecta aliorum sensuum nō concernunt ad obiectum sensus vel tactus. ¶ Cōfirmatur passiones rationales puta passiones ipsius intellectꝰ vel

voluntatis sunt delectatiões,sicut ex visione dei clara causatur magna delectatio,& tamẽ illa delectatio non est moderāda per temperantiā igit̃ non omnis moderatio passionum spectat ad tẽperantiā. ¶ Respõdeo per duas ꝓpositiones prima propositio est:delectationes rationalis partis puta ipsius voluntatis nõ moderātur per temperātiam vt ꝓbat cõfirmatio:quia ipsa est solum moderatiua passionū sensuum. Secunda propositio passiones aliorū sensuum moderantur per temperantiā saltẽ ille q̃ alliciūt hominẽ ad delectationem,gustus vel tactus. quod dixi: quia aristoteles tertio ethicoꝶ dicit ꝙ nõ delectamur in aliis sensibus nisi relatiue ad gustū vel tactū:& hoc est verum de brutis vt plurimū,secus est in hominibus vt pulcre tractat martinꝰ ĩ tertia q̃stiõe tẽperātie.

Contra secundā cõclusionẽ arguitur sic est aliqua castitas q̃ nõ cõtinet̃ sub virginali viduali vel cõiugali:ergo prima spẽs tẽperātie nõ cõplectit̃ tres filias.tenet cõseq̄ntia,quia p filiā ĩtelligūt morales phi spẽꝫ idẽ est de pte subiectiua,ꝓbatur assumptū,qa stat bene ꝙ aliqua mulier postq̃ est cognita,ꝓponat seruare castitatẽ(loquor de cognitis extra matrimoniū)tũc sic,tale ꝓpositū seruādi castitatẽ est castitas,& tñ nõ est virginalis:qa deficit integritas carnis, nec cõiugalis qa est extra matrimoniū:nec vidualis qa nūq̃ fuit cõiūcta matrimõialr̃: & tales dudū cõiūctas,solemꝰ vocare viduas ergo ẽ aliq̃ castitas q̃ sub nulla spẽ cõplectit̃.

¶ Confirmatur contra aliam particulam illa castitas est ceteris prestantior que est conformis iuri diuino: & iuri naturali. Sed castitas coniugalis a iure diuino & naturali traxit originem & steriles in lege scripta erāt maledicti hoc est in lege mosei. Ita multipliciter pōt probari signo, anna diu sterilis sterilitatem fleuit, sic mater Iohannis baptiste, sic Sarra: & breuiter: quia steriles excludebantur a templo, ergo virginitas non est ceteris castitatis speciebus preferēda: cuius oppositum dicit conclusio Respondetur breuiter resolutio omniū moralium philosophorꝝ est, ꝙ tale propositum est castitas vidualis. Si loquamur de proposito actuali est viduitas actualis. Si loquamur de viduitate habituali viduitas habitualis dicitur. ¶ Ad obiectionē in oppositum dico ꝙ morales philosophi aliter vsurpāt terminum q̄ vulgares, vt reducant castitatem ad aliquam predictarum. ¶ Correlarie sequitur ꝙ filie penitentes sunt vidue secūdū morales philosophos, secus est apud vulgares.

Ad cōfirmationē dico ꝙ lȝ nō sit expressū p̄ceptuȝ in iure diuino vel naturali, est tamē exēplum saluatoris cui⁹ debet esse actio nostra instructo: seruabat castitatē, & sua sacratissima mater vt melius vacaret diuinis & cōtemplationibus: & dato ꝙ sit preceptum de coniugio, non est preceptum cuilibet homini: nisi in casu necessitatis in

quo illi qui sunt specialiter ad cultum diuinum sicut si christiani essēt reducti ad paucū numerū, quia tunc quilibet teneretur dare operā generationi, sic fuit in lege mosiaca vbi pauci erāt de gēte electa in ordine ad alios.

Contra secundum correlarium scde cōclusionis arguitur, bene sequitur virgo violenter corrupta nullam virginitatem perdit, & prius virginitatem habuit continuo: ergo nunc virginitatē habet: & vltra ergo nunc est virgo & sic nō est corrupta cuius oppositum dicit correlarium. Si dicas postq̄ talis virgo nult suā corruptionē licet idem habitus maneat, non est tamē ampli⁹ virgo: quia ille habitus non est amplius virginitas licet manet eadem res sicut prius. Et sic patet ꝙ virginitas est accidētaliter virginitas licet nō sit accidentaliter talis entitas. ¶ Contra ille habitus manet idem in genere qualitatis & manet idem in genere moris quia si non maneret idē in genere moris hoc est propterea, quia prius fuit virt⁹ & nunc est vitium, vel quia prius fuit virginitas: & nunc est viduitas. Sed non potest dici ꝙ nunc est sic viduitas: quia talis habitus fuit genitus ex actibus virginitatis simpliciter & habitus debet denominari ab actibus: forte dices sicut cōmuniter dicit ꝙ talis habitus perdit denominationē ꝓpter cōnotationē termini, quia connotat integritatē carnis: saltē ꝙ nō sit perdita per actum libidinosum hoc est nichil dicere, quia stat aliquē corruptum

per actum libidinosum habere habitũ virginitatis: quia potest habere talia iuditia que sunt vera volẽdum est a me seruare virginitatẽ & hoc maxime: si fuisset corrupta ignorãter. ergo iste act⁹ erit actus virginitatis velle seruare virginitatem, quia si aliquid obstaret maxime esset falsitas dictaminis vel defectus noticie intuitiue sicut dicit Martinus. Sed dictamẽ datum est verum vt cõstat: vel saltẽ istud dictamẽ fuit a me seruanda virginitas: & non est impedimentum ex noticia intuitiua quia est manifeste falsum: ꝙ virgo quãdo vult seruare integritatẽ carnis habet noticiam intuitiuã illius integritatis, quia potest queri quo sensu cognoscit carnem integram.

Confirmatur contra secundam particulam Si hec esset possibilis, virgo naturaliter parit sequeretur ꝙ non esset priuilegium speciale beate virginis parere & manẽte virginitate antecedens nõ est dicẽdũ igitur. Respõdeť, si bertha sit cognita nescia vel violenter. Bertha nec virginitatem perdit nec perdit virginitatem, & ratio est quia manet idem habitus, & ipsa non consentiebat in corruptionem carnis & propterea nõ desinit esse virgo. Forte dices stat bene ꝙ bertha permittat alterum non renitendo: & tamen non eliciat aliquem consensum. Sed libere suspendat actum voluntatis, tunc sequitur ꝙ illa esset virgo.

¶ Respondeo requiritur q' actualiter dissentiat Si cognoscat suam corruptionem quãtum rationabiliter potest.

¶ Ad cõfirmationem distinguo q' sit singulare priuilegium beate virginis. vel q' sit singulare priuilegium parere remanente tali habitu: & sic nego, vel q' sit singulare priuilegium parere remanente habitu sine carnali coniunctione viri: & sic cõceditur, q' erat singulare priuilegium in beata virgine.

Contra tertiam conclusionem arguitur sic. si temperantia regularis esset certis limitibus contenta sequeret: q' virtus consisteret in indiuisibili & q' daretur vltimum instãs esse rei permanentis quod est inconueniens, probatur sequela. Assignando limites temperantie regularis: vnus terminus sit comedere duos panes, & non supra. Alter terminus sit comedere vnum panem & nõ infra. Tunc sequit' q' si fortes comederit duos panes non posset q̃tulũcunq; parũ maius comedere quin male ageret. sequela patet q a q̃tulũcũq; parum comedendo transcenderit duos panes & sic medium temperantie consisteret in indiuisibile quod erat assumptuʒ. Eodẽ modo probaretur q' daretur vltimũ instans esse virtutis temperantie capiatur instans in quo duo panes sunt comesti tũc virt' tẽperãtie est. Et immediate post hoc nõ erit

suppo sito ꝙ continuet comestionem. Si cõcedas primum illatum: Contra stat bñ ꝙ sortes cõedat duos panes et ignoret ignorantia inuincibili eũ esse in termino tẽperãtie regularis, per cõsequens sine noua culpa potest vlterius comedere. ¶ Forte dices ꝙ intelligitur quando regula tẽperantiæ transgreditur scienter. Contra stat ꝙ sortes comedat insensibiliter vltra sciẽter, & similiter nõ notabiliter sine culpa. ergo non solum excusabitur per ignorantiam: cõsequentia est apparens. ꝓbatur añs. quia de modico non curat lex,

¶ Confirmatur ratio contra secundã particulam conclusionis, omnis abstinentia est tẽperantia regularis & similiter quelibet sobrietas. ergo abstinentia & sobrietas non constringunt latitudinẽ temperantie, quia si constringerent ponerẽt hominem extra regulam temperantie: Item sobrietas & abstinentia sunt vere species temperantiæ regularis ergo non constringunt eius latitudinẽ antecedens patet auctoritate philosophorũ moralium tractantium de hac materia. & probatur ratione ꝙ non constringant latitudinem. voloꝙ sortes habens abstinentiam virtutẽ hoc est comedens quolibet die panem cũ dimidio (vt supponitur esse regula abstinentie) continuo per annũ sequentem comedat duos panes quolibet die tũc in fine anni regula abstinentie erit respectu sortis comedere duos panes: & tamẽ comedẽdo duos panes non restringit regulam temperãtie. Sꝫ to-

tā absoluit, ꝓbat̄ minor quia si sortes qui iā ē tē-
perat⁹ quolꝫ die comederet duplū dehinc ad vnuꝫ
annū in fine anni possit licite pl⁹ comedere q̄ in
principio. ergo sortes in casu habebit aliā regulā
abstinētie qđ erat ꝓbādū. Rn̄det̄ p ꝓpōes. ¶ Pri
ma ꝓpō ē, regula tēperātie termiat̄ scđꝫ sub & su
pra: sicut spaciū p qđ sortes pōt videre vn̄ sicut spa
ciū termiat̄ ꝓpter spacii magnitudinē: & ꝓpter
spatii paruitatē sic regula tēperātie, & q̄admodū
spaciū terminat̄ in philosophia cōi p mīmū spa-
ciū p qđ sortes nō p̄t videri: ꝓpter spacii magnitu
dinē & p maximū spaciū p qđ sortes nō p̄t vide-
ri p̄p̄ spatii puitatē sic est de regula tēperātie: duo
panes sunt mīmū qđ nō licet cōedere p̄p̄ cibi ma
gnitudinē & vnus panis ē maxiꝫ qđ nō lcꝫ come-
dere p̄p̄ cibi puitatē, & sic dicēdo cōstat ꝙ argm̄
n̄ ꝓcedit nec de medio indiuisibili nec de instā-
ti vltio. sed morales philosophi solēt dare maxim
panē & mīmū. ꝓpterea ponitur. ¶ Scđa ꝓpō co
mestis duob⁹ panib⁹ si sortes comedat vltra pro-
pter ignorātiā iuincibilē excusat̄ nec solet dici ꝙ
trā sgredit̄ limites tēperātie. ¶ Tertia ꝓpō scđm
Martinuꝫ de mgr̄is comestis duob⁹ panib⁹ sortes
pōt sciēter comedere aliquid vltra dūmō n̄ co-
medat notabilr̄. sꝫ cōtra eū ē app arēs rō capiat̄ il
lud n̄ notabile sit millesima pars panis, qn̄ come
dit illud: q̄ro vtrum sit extra regulā tēperātie vel i
tra. si intra, tunc q̄ro vel lcꝫ ei comedere aliquid vl
tra vel nichil. si nichil currit argumētum factuꝫ ꝙ

daretur vltimum instans rei permanentis Si dicas ꝙ aliquid vltra, adhuc comedat alterã millesimã partem. & querit̃ sicut prius & sic oportet procedere in infinitum vel oportet dare sortẽ tẽperatũ & q̃tũcũq; parꝝ comedat vltra transgreditur limites: & est in extremo temperãtie qđ cõcedo, & tũc rñdeo ad formã argumẽti nõ oportet dare vltim instans rei permanentis. quia dato ꝙ in hoc instãti sint comesti duo panes & cõtinuatur act⁹ comedendi nõ oportet ꝙ immediate posthoc corrumpatur totus habitus tẽperãtie. nec immediate post hoc talis erit intẽperatus per habitũ: sed per actũ solum, ¶ Forte dices & bene, ergo actus tẽperantie desinit esse per vltimum instans esse vel actus tẽperãtie & intẽperãtie sunt simul: quod inconueniens est: dico ꝙ argumentum probat efficaciter ponẽdo limites tẽperãtie esse maximũ & minimũ oportet dare vltimũ instãs rei permanẽtis, & si nolueris hoc dare responde secundum primam propositionem, ¶ Ad aliud inconueniens conceditur ꝙ regula temperantiæ sic consistit in indiuisibili ꝙ q̃tũcũq; parꝝ excedatur, excedat̃ tota regula scđm magis vel minus scđm qđ exceditur tamen non consistit in indiuisibile quin regula tẽperantie cõp̄hẽdat aliquã latitudinẽ, puta ab vno pane ad duos. ¶ Ad cõfirmationẽ dico ꝙ sobrietas & abstinentia non sic restringunt regulã tẽperantie ꝙ eam excludãt totaliter, sed aliquid diminuunt de latitudine vt prius tactum est, ad rationẽ

patet quid dicēdum sit ex dictis. ¶Contra corre
larium arguitur sic Si alterum extremorꝝ sobrieta
tis&abstinētie nō excluderet regulā tēperātie sim
pliciter,sequeretur ꝙ virtus virtuti contrariaretur:
probatur sequela, capio totū extremū abstinētie
in subhabūdādo,illud includit aliquā partē regu
le tēperātie,& oē cōtētū infra regulā tēperātie est
virtus.ergo virtusvirtuti cōtrariaᵵ.Forte dices nō
quelibet pars illius extremi cōtrariaᵵ virtuti cuiꝰ
est extremum.cōtra, Aristoteles scđo ethicorū di
cit ꝙ ois nimietas siue superhabūdātia cōtrariaᵵ
illi respectu cuiꝰ est nimiū:igitur q̄libet pars illius
nimietatis contrariaᵵ. ¶Cōfirmatur abstinētia
nō habet aliquod extremum in descēdēdo quia
maxie esset insensibilitas: sed insēsibilitas aliquā
do nō fit vitium,puta in sanctis patribꝰ qui nedū
quolibet die nō comederunt panē integrum: sed
aliqui pane nō vescebāᵵ nec vtebātur vino,sꝫ mo
dicis herbis cōtēti vixerunt: innumera exēpla in
vitis patrū colligi possunt: ¶Rn̄deᵵ aliqui n̄ hn̄t
assumptum ꝓ incōueniēti,ymo assumptum con-
cessimꝰ in q̄stiōe de prudētia.ꝑt tn̄ dici oppositū
& diceretur cōsequēter ꝙ sunt multe virtutes mo
rales q̄ nō habēt extrema vitiosa:sed aliq̄n extre
ma sunt bona sicut & ipse virtutes,vt virtꝰ ē itrare
religionē vel saltē velle propter deum .& cetera.
& tn̄ nolle intrare religionē nō ē vitium postq̄ est
cōsiliuꝫ solum intrare religionem.
Forte dices ergo stāte hoc ꝙ intellectꝰ iudicet eē

intrandum religionem sortes potest nolle intrare religionem etiã licite,sed cõsequẽs est falsum,qa faceret contra conscientiã Respondeo nõ omne facere contra conscientiam est malũ.Sed solũ facere contra consciẽtiam dictantem de obligatione,modo ista conscientia inrranda est religio. Si sit conscientia cõsilii,equiualet isti bonũ est intrare religionẽ,& nõ equiualet isti teneor intrare ¶ Ad confirmationẽ dico ꝙ sancti habebant reuelationem diuinã vel auxiliũ speciale in sicviuẽdo,non est sic de nobis. Item herbe egipti habẽt maiorem virtutem in releuandã naturã lapsam q̃ panes apud nos, vt dicũt aliqui in historiis ,ꝓpterea non erant in sensibiles.

¶ Questio moralis tertia.

¶ Vtrum iusticia vna quattuor virtutum cardinalium vnicuiq; quod suum est tribuere inclinat.

¶ Prima conclusio.

Liberalitas pauperibus multũ accomoda,ad iusticiam reducibilis,sibi materiam sub consilio determinat. Et per rationẽ debiti a iusticia capit distinctionem:cuius exrrema nõ sunt mala: quia prohibita nec prohibita, quia mala vel saltem non oportet

ipsa tamen vitiosa ab aristotele reputantur.

¶Correlarium primum.

¶Consequens est neminem ad liberalitatis actum teneri licet liberaliter agere plurimum expediat.

¶Secunda conclusio.

¶ Non secundũ liberalitatis: sed iusticie actũ: quilibet nõ exñs ĩ extrema necessitate ille qui est in extrema necessitate constitutus succurrere tenetur, cui aliquid dare in ratione pene nõ recte a cõfessore iniungitur, nichil tamen dãdo frequenter nulla labes incurritur, sicut tali pauperi dãs penitentie iniuncte nõ satisfacit de danda elemosina

¶Correlarium secundum.

¶Cum dictis stat ꝙ non qlibet tenetur casu necessitatis alteri in necessitate existenti cognito tali id quod ei debetur conferre.

¶Tertia conclusio.

¶Iusticie partes subiectiue que maioris egent inquesitiõis particularis & legalis a philosophorꝫ principe nũcupãtur hec bonũ cõmune: illa particulare (sub qua distributiua & cõmutatiua cõplectuntur) aspicit. sicut eñ vtrũqꝫ in hoc ꝙ suum est alteri prebere consistit ita ad id conformiter ad rationem rectam agendũ vtrũqꝫ inclinat.

¶Correlarium tertium.

¶Iusticie extrema quibus nomina imposita nõ plane reperiunẽ vitiosa tamẽ esse in superhabundantia & defectu non ambigimus.

¶ Probatur prima conclusio per liberalitatē suc curritur indigentie pauperum: ergo liberalitas ē eis accomoda, ans ē maifestū. Itē liberaliter agēs recipit mercedē dicēte euāgelista qui dederit po tum vni ex minimis istis ēt aque frigide non pdit mercedem suā, & alibi centuplum accipiet: & vitā eternā possidebit:

¶ Probatur secunda particula quia iusticia disti guitur ab aliis virtutibus cardinalibus per hoc q respicit alterum, sed liberalitas semper respicit al terū: ergo liberalitas reducitur ad iusticiam: hec est pbatio doctoris sancti secunda secunde circa materiam de iusticia. ¶ Tertia particula proba tur, quia liberalitas per aliquod distinguitur a iu sticia & nō distingūt: quia nō sunt ad alterū, nec aliquid videt dabile nisi debitū & indebitū: quia iusticia respicit debitum & obligationē & libera litas indebitum, & per cōseqns materia liberali tatis est de cōsilio postq̄ est de magno bono inde bito, ¶ Vltima particula probatur quia detur op positum q extrema liberalitatis essent prohibita sequitur bene prohibitum est vtrumq extremum ergo quandocunq occurrit pauper petens elemo sinam diues teneretur illi dare, & nō dando pec caret: sed hoc est nimis durum. quia esset dāpna re omnes diuites. ¶ Item sequitur bene est pro hibitum non dare, ergo est preceptum dare, &

vltra, ergo dare est debitum & sic non esset liberalitas, sed iusticia,

¶ Correlarium probatur ex probatione conclusionis ad nullum consilium hocmodo tenetur, liberalitas est con silium vt dictum est: igitur,

¶ Probatur secunda conclusio: quia scribitur qui viderit fratrem suum indigentē & clauserit viscera pietatis quo modo manet charitas dei in illo, & si dixerit non est possibile ꝙ charitas dei maneat in homine. Si viderit fratrem suum. hoc est ꝓximum indigentem supple extreme nisi succurrat ei, ¶ Probatur secunda pars quia detur oppositum, sequeretur ꝙ quilibet qui confitetur possit dicere confessori ꝙ non capiet penitentiam nisi iniungat ei illud ad quod prius tenebatur, puta ad ieiunandum in quadragesima vel ad communicandum semel in anno hoc non est dicendum, igitur, ¶ Probatur correlarium: ponamus ꝙ sortes & plato sint in extrema necessitate & Cicero habeat panem per quem potest succurrere vni & non alteri tunc ille panis quem habet Cicero est debitus cuilibet istorum: & tamen Cicero non tenetur dare sorti quia dando platoni satisfacit: eodem modo non tenetur dare platoni quia dando sorti satisfacit, ¶ Probatur vltima conclusio auctoritate Aristotelis quinto ethicorum vbi diuidit iusticiam in legalem & particularem & subdiuidit ꝑticularē in distributiuam & commutatiuam

¶ Contra primam particulam prime conclusio-
nis,pauperes fiunt deteriores ex magna elemosi
na patet.quia multi diligentes ocium iuuenes: &
fortes instigatione plurimarum elemosinatuꝫ in-
citantur ad mēdicandum. & quod deterius est id
quod ex elemosina habetur:ludis prohibitis vt te
stis exponunt.ergo liberalitas pauperibus non ē
accomoda ymo est contra illud preceptum qui ñ
laborat non manducet. ¶ Cōfirmatur ratio pau
peres euangelici laboribus manuum suaꝝ viue-
bant patet.de apostolis.paulus predicabat indie
& nocte sporculas cōposuit actuuum vndecimo
inde est ꝙ apostoli habebant loculos, ergo nulli
debent esse religiosi adminus simpliciter paupes
¶ Respondetur fateor ꝙ argumētum ꝓbat ꝙ li
beralitas & elemosina bonoꝝ,malis pauperibus
nocet inde est ꝙ laudabilis oritur consuetudo si i
ueniantur pauperes iuuenes & fortes mittunē ad
galeas & egent fustigatione plerumqꝫ quoruꝫ cor
rectō spectat.ad episcopum vel saltem ad primo-
res ciuitatis. ¶ Ad cōfirmationē cōcedo ꝙ ille q̄
non laborat non debet manducare & vlterius cō
cedo ꝙ quilibet pauper tenetē laborare sed ñ qui-
libet tenetur ad laborem manualem.sed sub dis-
iunctione ad manualem vel spūalē.puta ad oran
dum pro benefactoribus.

¶ Forte dices quilibet beneficiatus esset hoc mo
do pauper quia nichil habet nisi pro quo tenetur
orare,Respōdeo sunt aliqui beneficiati qui habēt

patrimonium. Sed si solum habeant bona ecclesie in ordine ad illa sunt pauperes: quia vbi male exponunt tenentur ad restitutionem. Non est sic de diuitibus, quia licet male exponant bona sua dato q̃ peccēt nō tenentur ad restitutionem. De religiosis dico q̃ quilibet eorum tenetur laborare. non est paruus labor surgere in media nocte/ & teneri sub pena peccati obseruare regulā: vtrū cordigeri imitantur xp̄m qui non habent loculos, dicerent q̃ sic. quia habent loculos in manibus alterius nō religiosi, sed quia apostolus portabat loculos. multi dicunt q̃ ipsi non habent regulam apostolicam.

¶ Contra secundam particulam arguitur: virtutes que considerant eorum obiecta contrario mō, sic se habent q̃ vna non debet reduci ad aliam. Sed liberalitas modo contrario ad iusticiam considerat suum obiectum: puta per modum indebiti. & iusticia per modum debiti, ergo liberalitas n̄ est reducibilis ad iusticiam,

¶ Confirmatur contra particulam sequentem, si liberalitas determinaret sibi materiam sub cōsilio tantum. sequeretur q̃ nullus teneretur alteri date elemosinam. tenet consequentia: quia omnis elemosina est actus liberalitatis. sed ad nullum actum liberalitatis tenemur. si materia liberalitatis sit sub consilio tantum igitur.

¶ Respondetur breuiter non inconuenit aliquas virtutes esse adinuicē reducibiles: dato q̃ eorum

obiecta modo contrario respiciant sub aliqua p=ticulari ratione. satis est q in aliquo conueniant quod vni illarum virtutum principaliter attribuitur, modo cõe est liberalitati & iusticie suos actus ad alterũ dirigere. & per respectũ ad alterum iusticia a pcipuis & aliis virtutibus capit distinctionẽ. ¶ Sed contra istud potest quis replicare nulla liberalitas est iusticia, ergo liberalitas non est reducibilis ad iusticiam, tenet consequentia, quia ma=xime reduceret sicut species ad genus. Rñdeo cõ=cesso antecedente. nego consequentiam Sed bene sequitur q liberalitas non est species. Vnde secũ dũ morales philosophos alique virtutes reducuntur ad aliquã virtutes tripliciter, Vno modo tanq̃ partes integrales, alio modo tanq̃ partes subiecti ue. Tertio modo tãq̃ partes potẽtiales. Dico bre=uiter q liberalitas reducitur ad iusticiam ppter conuenientiam quam habet cum iusticia in obiecto communi. ¶ Ad confirmationem nego con=sequentiam quia si pauper esset in extrema neces=sitate quilibet non pauper teneretur ei succurre=re. ¶ Forte dices adminus sequitur q nulli qui non est in extrema necessitate aliquis tenetur dare elemosinã. ¶ Rñdeo negãdo cõsequẽtiã. sed satis est q sit mihi verisimile q sit in extrema necessitate vel in statu in quo non potest euitare quin cadat in extrema necessitate. Sed dices adminus communibus pauperibus nullus tenetur dare q̃ non est verisimile q aliquis talis sit in extrema ne

cessitate: dato q̄ ego non darem alius daret. Respondeo non habeo consequens pro inconuenienti: nihilomin⁹ tñ bñfaciunt quidã dãdo. Sʒ ñ male faciunt qui nõ dant nisi dictat ratio q̄ sit dãda

¶ Contra sequenté particulam arguitur iusticia non semper respicit debitũ, ergo non distinguitur a liberalitate per rationem debiti: antecedens patet quia deus exercet suam iusticiam qñ boni moriũtur dãdo eis vitã eternã & qñ decedũt mali eos puniẽdo eternaliter, sʒ hoc nõ ẽ debitũ adeo: quia dato q̄ sor. decederit ĩ gr̃a, & de⁹ ñ daret ei vitã eternã ñ male ageret: ẽt dato q̄ ñ puniret malũ ñ peccaret ergo neutrũ illoꝝ ẽ debitum

¶ Confirmatur volo q̄ in specie pauperis occurrat michi pater quẽ ignoro esse patrem, et non credã eum esse in extrema necessitate dando ei elemosinam exerceo actum liberalitatis: & tamen illud est debitũ quod facio, quia teneor succurrere parentibus indigentibus: igitur respicit debitum liberalitas. ¶ Respõdetur duobus modis aliquis obligatur: Vnomodo pure libere et spontanee non per preceptum alicuius superioris, sed ꝓpter quãdam congruentiam, vt alii cognoscant se obligatos illi, & isto modo obligatẽ deus creaturis. Sʒ nõ adimplere talẽ obligationẽ nõ ĩportaret difformitatẽ respectu dei postq̃ nõ habet superiorẽ cui teneẽ obedire. Sed aliter obligãtur alii p superiorẽ q̄ hʒ potestatẽ p̄cipiendi & trãsgressores tales obligatiõis difformiter agunt

tunc dico ad formā cōcedo ꝙ deus secundū suam iusticiam premiat & punit, & nego ꝙ nichil sit debitum capiendo debitū correspōdēter ad obligationem primo modo. Sed nichil est debitū vt respondeat obligationi, secundo modo dicte.

¶ Ad cōfirmationē admisso casu: dico ꝙ in casu non teneor dare patri licet indigeat: quia non cognosco eum esse patrem. sed si cognoscerē eū esse patrē & indigere/ obligarer illi elemosinā impartire, Si dicas teneor dare ergo non est elemosina, nego cōsequētiam, quia aliqua elemosina est liberalitas et aliqua est iusticia.

¶ Contra vltimam particulam sic arguitur partes illius particule repugnāt, ergo particula nō continet veritatem: probatur antecedēs, quia sequitur bene extrema liberalitatis ab aristotele reputantur vitiosa, ergo illa extrema sunt vitiosa. tenet consequentia: quia auctoritas aristotelis non est neganda in philosophia naturali vel morali nisi fides sit ad oppositum. Sed non tenemur fide credere ꝙ extrema liberalitatis non sunt vitiosa & mala, ergo illa extrema realiter sunt vitiosa. ¶ Confirmatur ratio: si extrema liberalitatis non essent vitiosa & mala sequeret̄ ꝙ liberalitas non esset virtus moralis. tenet cōsequētia per aristotelē secūdo ethicoꝝ qui inuenit virtutes morales per superhabundantiam & defectum in aliqua materia, ergo si non sit superhabundantia, & defectus non erit virtus moralis dabilis.

¶Pro solutione argumēti nota ꝙ aliqui ponunt discrimē inter malum morale et malum demeritoriū. Ita ꝙ malum vocatur demeritoriū quādo ex aliqua lege ē sub aliqua pena ꝓhibitū. Sed hoc non requiritur ad malum morale. sed satis est adhoc ꝙ dicatur malū moraliter vel vitiosum ꝙ vir prudens dixerit illud non esse tam eligibile sicut medium cui opponitur siue sit prohibitum aliqua lege siue nō: & isto modo extrema liberalitatis sunt vitiosa: quia non sunt tam eligibilia sicut medium, dato ꝙ vtrumq; sit bonum. Alio modo potest dici: quia difficile est hunc modum intelligere, ꝙ multe sunt virtutes morales que non habent extrema saltem non habent duo. exempla sunt facilia in proposito de liberalitate. Et ad aristotelē potest dici: ꝙ prodigalitas & auaritia non debent reputari extrema vitiosa nisi includāt aliquā circunstantiā contra dictamē recte rationis per hoc patet ad confirmationem.

¶Contra correlarium sic arguitur volo ꝙ sint decē diuites quibus occurrat vnus pauper qui non sit in extrema necessitate credāt tñ ꝙ si null⁹ eorū dederit aliquid: pauper nō inueniat aliquē q succurrat ei tūc arguit̃ sic, aliqs istoꝝ tenet̃ volo ergo ꝙ petat̃ a primo elemosina. Ille non tenet̃, ergo neq; secund⁹, neq; tertius: & sic cōsequēter. Respondeo in tali casu potest responderi obligatorie ꝙ vltimus tenet̃: quia hoc sequitur ex oppo

sitis bene negatorum. Sed hoc est mirabile. si sit eque diues solum sicut alii. Item ars obligatoria non est adducenda in medium: quia parum conducit ad moralem philosophiã. Propterea potest dici aliter q quilibet eorꝝ tenetur sub cõditione & nullus eorꝝ absolute: ille dicitur teneri sub conditione qui sic obligatur, q si aliquis aliorꝝ dederit pro releuamine talis nõ peccabit nichil dando, tamen si conditio nõ ponatur in esse per aliquẽ quilibet erit reus peccati, quia quilibet tenebatur. Si nullus alter releuaret: & nullus alter releuauit, ergo quilibet tenetur: & per consequens non dando peccauit.

¶ Cõtra hoc replicatur nunq̃ aliquis eorũ obligatur cõditionaliter: vel si in aliquo tempore postq̃ est eadem ratio de quolibet alio tempore pro quolibet tẽpore quilibet eorum esset obligatus conditionaliter. Sed probatur hoc consequens esse falsum, quia supposito q per totã istã horam talis pauper esset in extrema necessitate: & ante istam horã nõ fuisset. Tunc clarum est q in tempore precedenti nullus eorum fuit obligatus cõditionaliter: postq̃ in illo tẽpore nõ erat in tali necessitate: nec etiam quilibet eorꝝ fuit obligatus in prima medietate hore conditionaliter: quia alias non dando in prima medietate hore peccassent quod est falsum: quia sufficit dare in secunda medietate ¶ Respõdetur per propositiones. Prima propositio est ante illam horã nullus

eorum tenebatur nec cōditionaliter nec absolute ¶ Secunda propositio stat ꝙ in prima medietate tenebātur & stat ꝙ non: quia si pauper taliter se haberet ꝙ non dādo in prima medietate hore licet daretur in secunda. illud quod datur non pōt releuare vitam, tunc in casu quilibet tenebat̄ sub conditiōe in prima medietate sed si taliter se haberet pauper ꝙ ei subueniēdo in scđa medietate hore releuaretur vita sufficiēter. Tūc nullus eoꝝ fuisset obligat⁹ ī prima medietate: nec sub conditiōe, nec absolute. forte dices quilibet eoꝝ sciens in prima talē esse in extrema necessitate exponeret se periculo peccati mortalis etiam obruente expectando secundā medietatē hore dico, ꝙ non est periculum obruēs: quia cuilibet est verisimile de altero, ꝙ alter subueniret illi pauperi ante tēpus in quo non potest releuari.

¶ Contra secundam cōclusionē arguitur ex prima parte sequitur: ꝙ ille qui est in iudea tenetur succurrere pauperi extremo in gallia cōsequens est falsum: vt constat. Forte dices ꝙ prima pars intelligitur de illo qui non est in extrema necessitate & scit alterum esse in illa & potest ei subuenire pro tunc.

Cōtra pono sortem in extrema necessitate & platonē qui nichil habeat nisi ad euitandam suam necessitatē extremam, tunc talis non tenetur succurrere alteri: & Plato non est in extrema

necessitate igit. Forte dices intelligitur de eo qui succurrendo alteri non necessario cadit in periculo ipsemet. ¶ Cõtra tunc nullus teneretur succurrere alteri: quia nullus est cui non potest contingere repẽtine. sicut contigit Iob qui ex ditissimo deiectus subito est ad extremã necessitatẽ, per consequens quilibet diues potest sit ymaginare de se ipo. Respõdeo q̄ cõsequẽtia est nulla, quia dato q̄ sic põt contingere diuites non habent ꝓbabilitatem moralem q̄ sic continget. Sed habent ꝓbabilitatẽ ad oppositũ ꝓpterea tenẽtur succurrere. ¶ Contra nullus diues tenetur aliquid dare pauperi: quia maxime esset in casu in quo solũ esset vnus diues cum vno paupere extremo. Sed tunc non tenetur dare, quia stat q̄ credat ipsum non esse in extrema necessitate, & similiter stat q̄ credat alios diuites superuenientes subuenire ei tunc talis nichil dans non peccat. ¶ Respondeo ad hoc per duas propositiones. ¶ Prima ꝓpositio stat bene: q̄ aliquis diues teneatur dare pauperi non extremo sub pena peccati mortalis vt casu posito q̄ crederit ipsum esse in extrma necessitate & stante iuditio non det, volo tamen q̄ pauper non sit in extrema. ¶ Secunda propositio stat bene q̄ diues non dans pauperi in extrema necessitate non peccet patet, supposito q̄ nulla sit apparentia ex parte pauperis q̄ sit in tali necessitate, realiter tamen sit ita tunc non dando non peccat. Sed questio est, si pauper dicat se

esse in extrema necessitate: vtrum teneatur diues tunc dare illi elemosinam, & videtur qd sic quia tunc habet apparentiam, & non dando exponet se periculo peccati. in oppositum: sequitur qꝫ quilibet teneretur dare cuicunqꝫ pauperi dicenti se esse in extrema necessitate, & sic validi paupe- res haberent bono foro. Si essent cauti semper di cerent qꝫ essent in extrema necessitate & obliga- rent diuitem sub pena peccati mortalis,

¶ Respondetur per duas propositiones Prima propositio est: aliquando est euidentia ad oppositum dicti pauperis vel saltem maxima pꝛo- babilitas et parua apparētia pro eo, qꝫ si pauper sit in vna magna vrbe, & sic iuuenis & cetera. Aliquando est maior apparentia pro paupere q̃ pro opposito ex coniecturis probabilibus, in primo casu excusatur diues: non in secundo casu.

¶ Contra eandem particulam arguitur sic Scdo quia diues in casu priori satisfacit necessita ti pauperis accōmodando ei panem quousqꝫ de ueniat ad pinguiorē fortunam: ergo non tenetur dare panē ¶ Confirmatur si essent decem diui- tes quorum quilibet haberet nolitionem dandi panē suū, nullus eorum peccaret nolendo, ergo nec aliquis tenetꝰ nec omnes simul. ¶ Respon- detur: argumentum bene probat qꝫ sufficit dare pauperi vsum panis: & non oportet ei dare domi nium: quia non tenemur nisi releuare necessitatē

& hoc bene fit per vsum. Sequitur: si diues det panem simpliciter ipse liberaliter agit in ordine ad dominium.: sed actum iusticie exercet in ordine ad vsum. ¶ Ad confirmationem stat: q? omnes tales nolitiones non sunt male saltem q? nulla sit mala & sic stante casu quilibet eoru3 peccaret per omissionem, quia tenebantur velle & nonvoluerunt.

¶ Contra secundam particulã. Sortes qui ratione voti tenetur ieiunare die veneris: ieiunando diem veneris in quadragesima satisfacit voto suo. Et similiterclericus qui tenetur celebrare horas: & in die dominica audire missam: satisfacit precepto in die dominica audiendo missam et simul celebrãs horas, & per consequens aliquis potest satisfacere duobus preceptis simul, & eadem est ratio de satisfactione quando concurrit cum altero precepto igitur. Forte dices q? clericus nõ satisfacit dicẽdo horas suas audiendo missam.

¶ Contra potest aliquid dicere audiendo missam, vel ergo potest dicere illud ad quod tenetur vel illud ad quod nõ tenetur. si des secundum videtur a fortiori: q? debes dare primũ. Respõdetur breuiter obligatus ratione voti ad ieiunandum die veneris, per idẽ ieiunium satisfacit duobus preceptis in quadragesima, & similiter clericus dicens horas in missa, licet aliqui oppositum

sentiant:non est simile de penitentia: quia illa iniungitur in ratione pene & est maior penalitas dare quibus non teneor q̃ illis quibus teneor: & propterea nullus satisfacit de penitẽtia iniuncta dando elemosinam extremo pauperi.

¶ Contra tertiam particulam sic. non stat dare casum ĩ quo diues nullam labẽ incurrat nõ dans elemosinam pauperi:ergo illa particula est male posita.consequentia est clara.Probatur antecedens: quia maxime esset in casu quo pauper non extremus occurrerit diuiti. sed in illo casu diues tenetur illi impartire elemosinam, alias nũq̃ diues teneretur succurrere pauperi in illo tempore in quo potest succurrere probatur sequela:quia capta q̃cũcunq; necessitate in qua constitutus est pauper pro tempore pro quo potest subuenire ei stat q̧ succurrat ei aliquis alter ab illo diuite, ergo ille diues non tenebitur succurrere.

¶ Confirmatur ratio quicquid est superfluum diuitum:est pro ipsis pauperibus,ergo quotienscunq; occurrat pauper: diues tenebitur de illo superfluo aliquid impartire.Probatur antecedens:quia sequitur est superfluum respectu diuitis:ergo non est pro ipso diuite. vltra non est dabilis alter dominus: ergo est pro pauperibus. Eodemmodo potest argui de beneficiatis.

Respondetur per aliquas ꝓpões, Pria ꝓpõ

est diues habens superfluitatem, non tenetur sub pena noui peccati cuicunq; pauperi occurrēti impartire elemosinā, ꝓbatur/alias nullus esset actus liberalitatis, ¶ Secunda propō diues aliquando non dans pauperi in extrema necessitate nō peccat quia stat ꝙ videat alterum sufficienter ei subuenire & diues non obligabatur nisi cōditionaliter. ¶ Tertia ꝓpō. est mihi dubium si sint multi eque diuites quibus occurrat vnus pauper in extrema necessitate: si aliquis eorū succurrat ei, vtrū alii teneantur ad recompensationem, videtur probabiliter ꝙ sic postq̄ equaliter obligabantur & ille satisfecit pro omnibus, ¶ Quarta propositio ē difficile est cognoscere quando homo tenetur sub pena peccati dare elemosinam quia difficile ē iudicare quando homo est in extrema necessitate. Sed mihi videtur ꝙ conscientia hominis que est recta sinderesis murmurans vbi oportet debet eē iudex: deuoti patres dicerent ꝙ homo teneretur sub pena peccati venialis dare elemosinā pauperi non extremo: quia non est questio quin frequēter obligantur homines ad sic dandum. quia stat ꝙ habeant probabilitatē magnam: pauperē esse in extremis. vbi non est. Similiter esset difficile ꝓ pauperibus quia si homines diuites scirent determinationem theologorum parum lucri importarent pauperes. ¶ Quinta propositio diues habēs superflua non habens probabilitatem nec quitenetur habere de necessitate pauperis extrema, nō

peccat, licet nichil det pauperi in extremo. sec⁹ est de beneficiatis quorum tertia pars bn̄ficii ipsis inuitis debet esse pro pauperibus: propterea sunt dispensatores, non est negandum tamen quin possint esse liberales. quia possunt restringere statum eorum & ex illa parte impartire pauperibus.

¶ Forte dices sunt multi canonici: qui possunt tenere mediam partē beneficiorum pro se, ymo duas tertias qa tales nō tenētur cōstruere ecclesias: sed hoc spectat ad episcopum vel curatos, Respōdeo nullus canonicus nec non canonicus debet habere vltra statum suum, per consequens tenetur reliquum impartire pauperibus:

¶ Ad confirmationem nego antecedens. & iterum nego q̄ superfluum diuitis sit pro paupere. voco superfluum illud quod est vltra statum diuitis: illud superfluum non tenetur diues impartire: nisi existentibus in extrema necessitate sub pena noui peccati vel illis quos iudicat esse in tali necessitate. ¶ Sed contra hoc replicatur si sortes esset in extrema necessitate diues teneretur dare de necessariis ad suum statum & magis tenetur dare superflua q̄ necessaria, ergo non existētibus in extrema tenetur dare superfluum. Item dato q̄ credam me precise habere tantum q̄tum potest sufficere ad sustentationem vite q̄diu ego sum victurus. Si pauper esset in extrema necessitate teneret aliquid ex illis impartire pauperi supposito q̄ nō notabiliter debeam diminuere vitam propriā in

tali datione, quia boni patres excusabātur in egy
pto qui nimiū insistendo abstinētie abbreuiabāt
eorꝫ vitā. ergo a multo fortiori ꝓ releuamine pau
peris in extrema. aliquis potest abbreuiare vitaꝫ,
¶ Respōdetur per duas ꝓpōes, ¶ Prima ꝓpō ē,
videt̄ bene apparēs ꝙ diues debet peccare venia
liter hn̄s multa superflua. si nō ipartiat̄ pauperi.
qui apparet ei in magna necessitate. Sed ad hoc
fugiunt doctores. quia si sic videtur ꝙ teneret̄ da-
re cuilibet pauperi. & hoc est nimis durum. tn̄ ra-
tione argumenti cōcedo si appareat ei in magna
necessitate adminus peccat venialiter nihil dan-
do, ¶ Ad secūdā videt̄ mihi ꝙ aliquis potest: &
tenetur dare pauperi extremo aliquid quod iudi-
cat esse necessarium ad cōseruationem ꝓprie vitę
dūmodo iudicet ꝙ nō notabiliter diminuet vitā.
Si debeat notabiliter diminui vita propria. & nō
sit spes de alio subleuamine videtur ꝙ non tene
tur quia caritas incipit a se ipso.
¶ Contra correlarium annexum arguitur sic. nō
est dabilis casus in quo aliquis non existens in ex
trema necessitate non tenetur dare illi qui est in ex
trema necessitate illud quod ei debetur patet, ma
xime esset casu posito ꝙ essent sex diuites, & vn⁹
pauper in extrema necessitate: sed in illo casu nō
est dabile aliquid quod debet̄ isti pauperi ab ali-
quo istorum diuitum. quin ille diues teneatur illi
pauperi illd̄ ipartire. quia si eēt aliquid maxi e eēt
duodenus istius diuitis, Sed ista consequentia est

bona hic duodenus debet huic pauperi. & a nullo alio q̃ ab isto diuite, ergo iste duodenus debet ab isto diuite, & vltra, iste duodenus debetur ab isto diuite. ergo iste diues tenetur dare istum duodenum pauperi: cuius opposituꝫ dicit altera pars correlarii. ¶ Forte dices iste duodenus non debetur ab isto diuite nisi conditionaliter ymo non est debitus pauperi nisi conditionaliter, tunc sic bene sequitur iste duodenus solum debetur conditionaliter: Et hoc modo diues tenetur illum duodenum dare, ergo eo modo quo debetur duodenus taliter diues tenetur dare, quod concedo. quia argumentum hoc videtur suadere,

Dicendum est ergo ad verificandum correlarium q̄ diuersa obligatio importatur per istam dictionem tenetur, & per istam dictioneꝫ debetur. quia per tenetur importatur obligatio absolute cathegoreumatica, & per debetur obligatio conditionata. potest esse alius casus in quo apparenter aliquid debetur & tamen possidens non tenetur reddere: Primo si habeam gladium furiosi ille debetur furioso, Tamen non teneor pro tunc reddere, ymo potius ad oppositum, Si dicas q̄ non debet ei pro tunc. aliter coloratur posito q̄ sortes videat platonem in extrema necessitate & habeat plato aliquos filios legitimos. cum hoc habeat sortes panem per quem potest subuenire platoni, & nō det platoni illum panem. sed dimittat eum mori tunc iste panis debebatur platoni: & plato nunquam dedit ius suum alteri, ergo nunc debetur

filiis suis. Et tamen sortes non tenetur illum dare filiis. igitur, Dico breuiter ꝙ sortes non tenetur dare panem filiis platonis. & argumentum nihil probat nisi ꝙ sortes peccauit non dādo platoni quia licet vsus rei debebatur platoni dominium semper māsit apud sortē, modo nihil est in filiis suis. ratione cuius debetur illis.

¶ Contra tertiam cōclusionem arguitur, iusticia legalis & particularis non distinguntur. ergo non sunt partes subiectiue ipsius iusticie, tenet conseq̄n tia. quia membra bone diuisionis debent esse opposita. ergo illa mēbra debent esse distincta. Forte dices sufficit distictio rationis contra, bene sequitur iusticia legalis & particularis versantur circa eandem materiam obiectiue: ergo actus earuꝫ non distinguntur specie. & vltra. ergo neqꝫ habitus geniti ex illis actibus sunt specie distincti. Et ex consequenti habetur ꝙ non sunt species ipsiꝰ iusticie quod fuit assumptum,

¶ Confirmatur ratio/iusticia distributiua & commutatiua sunt species iusticie legalis. ergo male dicit conclusio ꝙ sunt species iusticie particularis consequentia est apparens. probatur ans. quia aliquando pro vtilitate rei publice oportet exercere actus iusticie distributiue. & aliquando oportet exercere actus iusticie commutatiue, exemplū primi. si vnū regnū iuste insurgeret contra aliud de thesauro publico secundum qualitatē personarū distribuendum esset militibus magis vel minus/

exemplum secūdi, vt si essent duo regna finitima quorum terre essent sic cōiuncte q̄ melius esset .a. regno habere .b. territoriū quod spectat ad .c. regnum q̄ habere .d. territorium quod est pro ipsomet, & econuerso melius esset alteri regno habere d. q̄ habere .b. in illo casu pro vtilitate rei publice oportet exercere actum iusticie commutatiue dando .b. pro .d. & econuerso. ¶ Sub confirmat̄ nullus est actus iusticie particularis, quin sit actus iusticie legalis, igitur non est distinctio, probatur antecedēs: quia dānificatio cuiuscunq; suppositi alicuius rei publice est damnū illius rei publice, & per cōsequens lucrum eiusdē est lucrum rei publice, & vltra, ergo omne illud qđ concernit alicuius persone priuate vtilitatem concernit etiam vtilitatem rei publice. ¶ Respondetur breuiter ad istud argumentum per aliquas ꝓpositiones. ¶ Prima propositio est: licet sint multe opiniones de distinctione iusticie legalis: & particularis, illa opinio que distinguit illas species penes bonum cōmune & bonū proprium est magis apparens. ¶ Secunda ꝓpositio omne bonum commune est bonū particulare, & similiter omne bonum particulare est bonum commune probatur prima pars: quia omne bonū cōmune est particulare respectu totius cōmunitatis cuius est bonū cōmune vel respectu illi⁹ qui habet auctoritatem supra cō munitatē sicut est rex. Probat̄ scđa pars quia sequit̄ bene, ista persona particularis ditat̄

sine iactura cuiuscunq; suppositi eiusdē cōmuni=
tatis,ergo res publica est aucta,ergo non stat bo
num particulare augeri iuste quin etiā bonum cō
mune augeatur. Sed ista secūda pars videtur pati
instantiā quando vnum suppositū ditatur cū ia=
ctura iusta alicuius suppositi eiusdē cōmunitatis.
¶ Tertia ꝓpositio actus iusticie legalis est alte=
rius speciei ab actu iusticie particularis,ꝓbat̄ ha
bent diuersa obiecta:ergo spē distinguuntur:añs
patet quia iusticia legalis habet bonum cōmune
siue vtilitatē rei publice pro obiecto, sed iusticia
particularis solū habet vtilitatē priuate persone.
Et ex hoc sequitur ꝙ habit⁹ distinguūtur. ¶ Ad
subcōfirmationē dicēdum est ꝙ cōcludit iusticiā
distributiuam et cōmutatiuā posse contineri sub
iusticia legali.sed non capiendo terminos vniuo
ce pro vt continentur sub iusticia particulari.
¶ Contra scđam partem conclusionis arguitur:
omnis iusticia distributiua est iusticia commuta
tiua:ergo iusticia distributiua &cōmutatiua non
sunt species distincte contēte sub iusticia particu
lari:consequentia est apparens,ꝓbatur añs,quia
iusticia distributiua sic distinguit̄, scđm doctrinā
aristotelis quinto ethicoꝝ,a iusticia cōmutatiua,
quia iusticia distributiua seruat equalitatē ꝓpor=
tionis geometrice & iusticia commutatiua seruat
equalitatē proportionis arismetice. Suppono ꝓ
argumēto ꝙ seruare equalitatē ꝓportiōis arisme
tice in materia morali est dare equale pro equali
vel equale accipere ꝓ equali scđm q̄titatē vel sal

tem scd̃m iudiciũ prudentis viri. sed seruare equa-
litatem ꝓportionis geometrice in materia iusti-
cie particularis ẽ seruare talẽ equalitatẽ ꝙ qualis
est ꝓportio vnius meriti ad alterũ meritũ, talis est
ꝓportio premioꝝ adinuicẽ, hoc est digniori per-
sone debetur maius premiũ, & inferiori minus se
cundũ qd̃ magis vel minus meruerunt de re pu-
blica. ¶ Istis suppositis facile deducitur: argumẽ
tum: bene sequit̃ ĩ omni iusticia distributiua talis
est ꝓportio premioꝝ qualis ꝓportio meritorũ.
ergo maiori merito respõdet maius premiũ, & mi
nori merito min⁹ premiũ. sed sequitur bene talis
est correspõdentia premioꝝ ad merita ergo inter
maius premiũ & mai⁹ meritũ seruat̃ ꝓportio aris
metica. et similiter inter min⁹ p̃miũ & minus me
ritum, & vltra, ergo non est dabilis casus in quo
seruat̃ iusticia distributiua quin ĩ illo casu seruet̃
iusticia cõmutatiua. ¶ Ad istud argumẽtũ possu
m⁹ rñdere duplicit̃. Vno mõ cõcedẽdo cõclusionẽ
argumẽti sc3 ꝙ oĩs iusticia distributiua est cõmu-
tatiua hoc suadet argumẽtũ. s3 hec solutio videt̃
parũ recedere a s̃nia aristotelis q dicit: ꝙ oportet
respicere ad dignitatẽ personaꝝ: & non ad meri
ta, quia sentẽtia Aristotelis est licet in bello iusto
nobilis & rusticus equaliter meruerunt de re pu-
blica: quia equaliter diuiserũt hostes, tamẽ nobi-
lis debet habere maius premium propter cõditi-
onem persone, propterea dicit ꝙ non est contra
passum hoc est nõ est pena taliõis. si rex dederit

alaphā rustico & rusticus equalem alaphā contulerit regi: ymo rusticus debet plecti pena mortis ꝓpter conditionē persone. hoc supposito nego ꝙ omnis iusticia distributiua sit cōmutatiua, quia si nobilis & rusticus equalia fecerūt in bello & nobili datur duplum premiū, seruat̄ iusticia distributiua, & tñ ibi non est iusticia cōmutatiua, vt cōstat. ¶ Cōtra correlarium pōt fieri obiectio ꝙ aliquis potest deficere i iusticia nō est difficultas & aliquis potest excedere nō vtēdo misericordia & clementia vbi oportet: quia stat bene, ꝙ sit aliqua persona apprime vtilis rei publice & commisit paruū delictum puta furtum, ibi rigor iusticie non est obseruandus, dato ꝙ leges dictāt illū debere mori, & hoc est excedere.

¶ Quarta questio.

¶ Vtrum fortitudo vna quattuor virtutū cardinalium aliquē ad seipsum interficiendum inclinet.

¶ Prima conclusio.

Timores & audatias (vt est suorum extremorū virtus omnis temperatrix) suis actibus elicitis rei publice necessaria fortitudo moderatur, qui temperātia nō inferior: i fugere, cūctare, expectare & aggredi tanq̄ in partes subiectiuas partiri solet.

¶ Primum correlarium.

¶ Quo fit fabii cōtationē plus rei publice attu

lisse vtilitatis,q̃ cesaris. qui iura & phas iperādi libidine attentauit: extēperaneos conflictus.

¶ Secunda conclusio.

¶ Valentissimi temporis miles interdum fortiori se in bello rei publice est magis accōmodat⁹, nec illi a iusti belli acie subter fugiendum est quouis emanēte periculo, licet vbi fuerit euidens victorii argumētum. se hostium iaculis indiscriminatim obiectari vir fortis non debeat.

¶ Secundum correlarium.

¶ Hinc est fortiorem pro iusta causa minus fortē non semper debere aggredi.

¶ Tertia conclusio.

¶ Quāq̃ mortē sibi cōsistere liceat nemini: nulli tamē ad sui necē alterum prouocare interdicitur nec ad duellum quod nōnunq a superiorib⁹ iuste permittitur cuiusuis expiandi sceleris gratia, reus vnq̃ a iudice illicite condemnatur.

¶ Tertium correlarium.

¶ Sequens est cōdemnatū vt fame pereat: panem oblatū licite posse accipere: & capite plectendum: si possit aufigere.

¶ Contra primam partē prime conclusionis arguit̃ sic: res publica pace & cōcordia maximum capit incremētū: ergo fortitudo bellica non est necessaria rei publice: cōsequētia est apparens ꝓbatur añs: quia cōcordia parue res crescunt, & bellis multe dilabunt̃. Itē experiētia docet, ꝙ nō geruntur bella, quin multe de re publica du ūtur

ad mortem sic non contingit per pacem. igit̃ pax est magis accomoda. Si dicas sicut apparet dicendum q̄ bella fiunt propter pacem sicut graue positum sursum mouetur propter quietē, Cōtra pax & bellum opponuntur. ergo eadem ratione pax debet fieri: ꝑpter bellum quod nemo concedit, Item non est verisimile q̄ bellum sit ꝑpter pacē. quia si sortes occidat patrē platonis in bello plato filius eius incidiabitur sorti. Eodemmodo cōtingit de communitatibus, Si angli occidāt multos gallos. sicut contigit tempore henrici tertii, galli non bono animo capiunt pacē cum anglis ergo est apparentia, q̄ bellum non fit propter pacem:

Confirmatur argumētum actus elicit forti tudinis prouocant hominem ad aggrediendum ergo non moderant audaciam. Sed citius incitant. similiter cūctari causat timorem in homine quia semper est expectatio periculorum causatia timoris. vel adminus fugere causat timorem. & fugere est actus fortitudinis vt dicit conclusio, igitur fortitudo actibus elicitis non moderat timores & audacias quod erat probandum.

Respondetur solutio communis adiecta est arguendo, & argumentum non procedit, quia regulariter finis belli est pax. Dato q̄ de per acci

dés contingat: et diuturno tempore controuersia inter bellantes, hic fit mensio de bellis communitatum vt belli Romanorum contra Cartaginenses finis erat pax. vel saltem diminuta potentia Cartaginensium non insurrexerunt, & sic tenuit res publica Romanorũ Argumẽtum bene probat ꝙ bellum est malum inter vicinos: nec contingit sic hominem esse fortẽ vicinum occidendo. quia constat talia bella esse iniusta, hic autem de bellis iustis loquimur.

¶ Ad confirmationem distinguo ꝙ actus fortitudinis prouocẽt hominem ad aggrediendum, vel ad aggrediendum vbi oportet, & quando cum ceteris circunstantiis & sic conceditur: vel ad aggrediendum vbi non oportet & sic negatur modo fortitudo. Primo modo moderat audatiam.

¶ Ad aliud de cunctatiõe nego ꝙ causet timorem, quia stat ꝙ illi qui cunctãtur nullo modo timeant: sed prudenter expectant locum & tẽpus vt scilicet diminuatur potentia hostium vigiliis vel laboribus aliis.

Scđo sic vel fortitudo moderat timores & audatias tãq̃ elicitos act⁹ suos: vel tãq̃ obiecta sui act⁹ vel aliquo alio mõ: nõ p̃t dici p mũ. qa tior &

audatia sunt extrema fortitudinis: ergo non sunt sui actus eliciti: nec potest dici scdm: quia obiectũ fortitudinis est terribile in bello: vt dicit aristote les tertio ethicoꝝ. Nec est aliquis alius modꝰ da bilis quo fortitudo potest tẽperare audaciã & ti- morem, igitur ¶ Confirmatur ratio aliquis qui est timidus debet elicere actum audatie secundũ doctrinam aristotelis vt tãdẽ sic deueniat ad me- dium: & opposito modo dicendum est de audace debet elicere actum timiditatis, vt tãdem deueni at ad mediũ. & per cõsequẽs fortitudo citius de- bet inclinari ad actꝰ timiditatis & audatie q̃ illos refellere. ¶ Ad istud argumẽtuȝ dico breuiter ꝙ fortitudo timiditatẽ & audatiam moderatur tãq̃ obiecta partialia, quia pro regula generali debet haberi in philosophia morali, ad quamcunqȝ vir tutem spectat de per se exire in aliquẽ actum ad eandẽ virtutẽ spectat de per se tollere impedimẽ ta impeditiua illius actus: & per cõsequens in re- cta rõne correspõdẽti suo actui: debet poni illud impedimentum pro circunstantia: & vltra postq̃ actus debet esse conformis recte rationi de om- nibus circũstantiis debitis in esse dictanti nõ so- lum debet habere pro obiecto ipsam rectã ratio nẽ. sed omnes circũstantias obiectiue concurren- tes in recta ratione. Alias non esset debita cõfor- mitas ipsius actus voluntatis dictamini de omni bus circunstantiis. Exempli gratia sortes videt ho stem fortẽ & de prope futurum timet. Talis timor

est impeditiuus actus fortitudinis: recta ratio dictat ꝙ pro defensione rei publice: viriliter hostis est expectandus vel aggrediendus non obstante timore, voluntas eliciens actum conformiter vult aggredi vel expectare nō obstante timore, ibi realiter timor est obiectū partiale Eodē modo possumus exemplificare de audatia. Sed forte dices timor est passio & non actus elicitus: ergo non est vitium oppositum fortitudini & sic fortitudo nō est illius moderatiua. ¶ Respondeo timor multipharia accipitur vno modo pro passione consequente apprehēsionē alicui⁹ de prope futuri & sic capitur in vulgari sermone quādo dicim⁹ ꝙ fortes timet verbari. Aliomō capitur pro actu elicito quo aliquis habet animū obiectūvt nec possit resistere nec aggredi cōtra dictamē recte ratiōis, & sic capitur in proposito. ¶ Ad confirmationem dico ꝙ aristoteles non dicit ꝙ homo debet elicere actū audatie debito honestatis. sed ē expediēs mediate: quia p hoc ꝙ timid⁹ elicit actus audatie tandē incidit in medium per accidens, & efficit fortis. ¶ Arguitur contra vltimā particulam sustinere & inferre sunt precipue species fortitudinis, ergo ille quattuor non sufficiunt ꝙ autē sustinere sit precipua species patet ex aristotele tertio ethicoꝝ. maxime illam cōmendat eo ꝙ circa difficiliora versatur. ¶ Confirmatur fugere contrariat fortitudini: ergo nō est species fortitudinis tenet consequentia: & probatur antecedēs: quia preci-

pue timidi fugiũt in bello. Item si fugere esset species sequeretur q nunq̃ homo in atie belli teneretur ibi manere, sed potest fugere retro, & si primus pt: secundus potest, & sic consequenter, & sic nunq̃ aliquis maneret in atie belli, & per consequens nec in bello. ¶ Respondetur iste due species põt reduci ad quattuor predictas, inferre reducitur ad aggredi. sustinere reducit̃ ad expectare: quid sit fugere notum est. Sed cunctare est ad tempus bellum deferre vt attenuetur exercitus hostilis vel frigoribus vel laboribus. Exspectare est hostem aggredientem viriliter recipere sine prosecutione, aggredi est in hostem insilire viriliter. Sustinere est cruciatus & dolores patienter suffere siue iterum inferantur dolores hosti siue non: & sic sub sustinere cõprehenditur patientia.

¶ Inferre est viriliter hostem percutere. Ex istis patet q fugere est actus minime laudabilis, quia parue difficultatis: cunctare est magis laudabile: sed minus aliis: quia non maxime difficultatis: expectare laudabilior cunctatione: quia est in actu vel propinquius actui. Inferre est laudabilius aliis precedentibus. sed inter omnia sustinere est maxime laudabile: intelligo sustinere secũdum rectam rationem, quia est maxime difficultatis.

¶ Ad confirmationem dico q fugere con

tra dictamen recte rationis non est actus fortitudinis: sed timiditatis: sed fugere quando oportet est actus fortitudinis.

Ad aliud de existēte i acie belli est difficultas: quia talis tenetur saluare vitam suam: dico duo. tenetur aliquis manere in atie belli, patet alias nunq̄ esset bellum: dico secundo tunc tenetur manere in acie belli: quando est verisimile q̄ ad fugam suam sequitur fuga aliorū: & ex consequēti perditio rei publice: tamen si aliquis esset in atie belli. si potest caute retrocedere sic q̄ ad fugā suā non est verisimile scd̄z iudiciuz prudentis viri q̄ hostis erit victor bene facit fugiēdo, quia regulariter illi qui sunt in atie belli vix euadunt. Propterea Dauid secundo regum decio capitulo scripsit litteras ad Ioab: principem militie sue q̄ poneret vriam in atie belli putans ex hoc certitudinaliter ipsum perdere: & ita factum est.

¶ Contra correlarium sic arguitur extemporaneus conflictus cesaris rem publicam romanam auxit magis q̄ cuuctatio fabii, ergo erat vtilior rei publice consequentia apparet, ꝓbatur antecedēs, quia ex cunctatione fabii non habetur nisi victoria hannibalis. Sed ex congressu temporaneo cæsaris saltem mediate redde-

bať vniuersũ fere subiectum imperio romano igitur profuit. ❡Cõfirmať ratio .est solum act⁹ calliditatis & astuciæ expectare attenuatione alterius exercitus, Sed calliditas & astucia est mala & ꝓhibita, igiť ñ ẽ actus fortitudinis: ꝓbaťminor: quia cũctare ẽ alios decipere quia dať eis signum sufficiẽs ad iudicãdũ ꝙ nõ audent cõgredi:& talis deceptio cõtineť sub astucia:igiť. Rñdeť nego ꝙ cunctatio fabii fuit solũ cã victorie hannibalis ymo mediate erat causa victorie totius oriẽtis, vel saltẽ maioris ꝑtis quia erat cã sine qua nõ. primo vinceret hannibalẽ. ❡Et qñ arguis ꝙ tñ ꝓfuit subitus cõgressus Cesaris, hoc nego. ymo erat destructio rei publice quia cesarẽ imperare erat publicum reducere ad priuatum, cũ hoc tñ stat adeo amplũ fuisse dominiũ cesaris sicut totius cõmunitatis romane ante imperiũ.

❡Ad cõfirmationẽ nego ꝙ fuit actus calliditatis, Si calliditas capiať in malam partẽ: ymo erat actus fortitudinis belli deferre. quousqȝ potentia eorum equareť potẽtie alterius. vel superaret mõ elicito, sic fecit iosue contra habitatores vrbis hae in obsidione vrbis simulauit se fugere. vt inter vrbem & exercitũ, posset exercitus iosue absconsus mediare & sic prohibere ne ingrederentur vrbeȝ. Sed hoc factum est deo inspirante. nolo contendere vtrum deus precepit iosue dissimulare,

❡Contra secundam conclusionẽ arguiť sic, nullus est magis vtilis reipublice q̃ ille cuius medio

maxime opprimitur hostis, sed mediis virorum fortiorum maxime opprimuntur hostes in bello, ergo fortiores in bello semper sunt reipub. vtiliores ¶ Et cõfirmatur rõ, quia aliqui sunt aliis vtiliores in bello, vel ergo illi sunt pusillanimes, & hoc non vt constat, vel audaces & hoc nõ, quia lcꝫ fortiter aggrediuntur dũ tñ percutiuntur desistunt. & fiunt animo deiecto vt vult arist. in tertio ethi. ergo fortes sunt illi qui valent in bello pro defensione reipublice. & si fortes valeant, fortiores magis valebunt & fortissimi maxime.

¶ Secundo arguitur contra secundã particulã cõclusiõis. si vir fortis potest fugere ab acie belli vbi est euidens argumẽtũ victorie, postq̃ nõ est maior ratio de vno forti q̃ de altero quilibet fortis posset fugere ab acie belli, & sic q̃tuncunqꝫ fuisset euidens argumẽtũ de victoria in principio belli nulla erit euidentia in fine. Nec valet dicere ꝙ viri inualidi essent in acie belli collocãdi. & tales tenẽtur nõ fugere q̃tumcunqꝫ sit signuꝫ victorie: hoc nihil valet: quia inualidi tenentur ad defensionẽ vite sue sicut fortes. ¶ Item qñ debiliores ponerẽtur in acie belli animarẽtur aduersarii illos debiliores faciliter inuadendo & vincendo.

¶ Pro solutione istorum argumentorũ nota aliquas acceptiones huius termini fortitudo quas dat Martinus in prima questione de fortitudine. duobus modis capitur fortitudo. Vno mõ pro robore corporis: & nõ ẽ ista fortitudo de qua loquunť mo

rales philosophi, Aliomodo capitur fortitudo pro constantia aĩ qui est habitus genitus ex pluribus actibus bene aggrediendi & bene sustinendi hostes, & de ista fortitudine loquuntur morales philosophi. ¶ Istis notatis ponit duas propositiones ¶ Prima ppõ est ista. stat in duplo minus fortem esse in duplo vtiliorẽ reipublice: probatur, capto sorte q hȝ maximũ robur corporis duplũ ad platonem. Plato tamen in duplo maiorem habet cõstantiam animi q̃ sortes. tunc constat ꝙ plato est fortior secundum morales philosophos, & tamẽ constat ꝙ si sortes & plato essent positi in loco angusto vbi non poterit esse fuga, sortes magis opprimeret hostem q̃ plato propter excessum viriuȝ & in oppressione hostium consistit vtilitas rei publice. Ex hoc patet solutio ad primum argumentum cum confirmatione. ¶ Secunda propositio, fortes suntvtiles in bello & fortioresvtiliores ceteris paribus. potest tamen dari casus in quo minus fortis sit magis vtilis loquendo de fortitudine aĩ. ¶ Ad secundum argumentum dico ꝙ si sit periculum fuge aliorum, fortis quoniam ẽ in acie belli q̃ tuncunqȝ euidens habet argumentum victorie pro sua pte non deberet subterfugere. Sed secunda pars cõclusionis intelligitur quando scdm iudicium prudentis viri nullum emineret periculum fuge aliorum & similiter quando esset argumentum euidens victorie.

¶ Contra correlariũ secunde conclusionis arguĩt

sic, bene sequitur iste est habens iustam causã bellandi, & sortes qui est fortior platone non aggreditur platonem. ergo vituperabiliter agit, tenet cõsequẽtia. quia si cognosceret sortem equaliter fortem vituperabiliter ageret non exspectando nec aggrediẽdo. ergo vituperabiliter agit vbi cognoscit se fortiorem altero, ¶ Respondeo si sortes cognosceret se fortiorem viribus corporeis, & cõstãtia animi simul argumentum procederet: sed ĩ correlario intelligitur de illo qui cognoscit se fortiorem solum in constantia animi. & alterum lõge fortiorem ĩ virib⁹ corporis. ¶ Sed contra q̃ admodum iste habet excessum in viribus corporis, alter habet excessum in constantia animi. ergo est equalitas inter eos si: hoc concedas: q̀ esset equalitas, sequit̃ q̀ si sortes qui est fortior viribus corporis sic se haberet q̀ vires eius crescerent vsq; ad duplum triplum, & sic consequenter: & constãtia animi alterius semper proportionabiliter cresceret alter semper deberet aggredi vel expectare: consequens est falsum. quia staret illum fortiorẽ corpore esse adeo fortem q̀ alterum vnica manu ad terram prosterneret postq̃ esset eiectus parum cõduceret eius animus. Respondeo aliquod facit maior constantia animi. sed magis est ponderanda fortitudo corporis in certamine singulari hoc probat ratio.

¶ Contra vltimã conclusionem arguitur: aliquis

in casu tenetur facere actum ad quem scit sequi mortem suam: ergo licite potest occidere se, consequentia est apparens, pbatur añs, si aliquis eēt in extrema necessitate qui nō esset multū vtilis rei publice & alter qui esset multū accommodat⁹ silr̄ esset in necessitate tali & nō sit nisi vnus panis potens subleuare necessitatē vnius & non pluriūquē hēat ille qui est minus ydoneus, tunc ille tenetur dare panē magis ydoneo, patet per illud secūdi regum de muliere syo aliena que habuit modicus farine p ea & filio suo cui dixit helyas q mulier faceret ei panē succinericiū de farina illa. Respōdet q esset de necessitate illi. & q solum spectabat mortē post farinā cōsūptā. nihilomin⁹ helyas precepit ei q fieret ei panis eo q esset magis necessarius publice: quia ipse erat auriga & currus israel, ergo in casu argumenti minus ydoneus habens panem tenetur dare alteri, & cōsequēter facere aliquod ad quod sequitur sua mors. Et cōfirmatur si aliquis potest licite occidere alium: ergo potest sic licite occidere seip̄s: patet cōsequētia qa non maiori precepto est phibitus occidere se q̃ alium quia solum habemus hoc preceptū. non occides vbi vtrūq3 prohibetur. Forte dices in superiori gradu caritatis tenet̃ diligere se q̃ alter̄. pts de ordine caritatis quem ponunt doctores cuius primus gradus respicit deum, secundus seipsum: & tertius proximū. hoc nihil valet quia sequeretur q nullus teneretur occidere consanguineum suus

malefactorem quod est falsū patet de lictore publico qui tenet̄ exercere officium circa quēcunq; sibi oblatum & iuridice cōdēnatū. ¶ Scd̄o cōfirmatur, iudex cōdēnat vnū ad suspēdiū & alterum ad obtrūcationē capitis, ergo potest vnū cōdēnare ad occidendū seipm, puta ad moriēdum fame vel ad percutiēdum seipsū gladio scd̄m magnitudinē delicti. Itē bonū vniuersale & cōmune ē magis diligēdū q̄ pticulare, volo q̄ sit vnum regnū quod prosequat̄ aliquis tyrānus p aliquo supposito illius regni: mādat regi q̄ occidatur ille alias cōsumet illū & totā rē publicā: volo q̄ rex & oēs alii de regno sint infirmi q̄ nō possēt occidere alterū ipo solo dēpto. potest occidere seipsū. quia tunc min⁹ tenet̄ euadere occisionē suā solā q̄ suā & occisionē ominū aliorū, ergo icasu tenet̄ se occidere. Ad argumētū de muliere sarytana dico q̄ helyas certificauit mulierē q̄ nō deficeret ei olla farine nec lychitus olei. Tamen ad illud quod tāgit̄ in argumēto videt̄ q̄ in casu argumētū pbat q̄ hō debet facere aliquid vel saltē aliquid omittere ad quod scit suā mortē sequi, quia si sit vnus panis qui spectat ad fortem duplici iure & ad me solū vno iure, dato q̄ habeā panē teneor dare forti. puta si habeā panē furtiū a forte. & ipse & ego veniamus simul ad extremā necessitatē teneor dare forti panē. Et eodēmō si eēt magis necessarius reipub. ¶ Ad cōfirmationē cōcedoq̄ eodē precepto sunt phibita: tn̄ cū hec occisio sui ē magis p

hibita, puta superiori gradu ꝓhibitionis opposi-to mō ad caritatē vel gradꝰ caritatis, rō ē quare hō nō pōt occidere seipsū: est inhumanitas & horror crudelitatis habite in tali actu: ex eodē medio videtur ꝙ nemo potest occidere licite patrē nec leges possint in hoc dispēsare saltem alia lex a reuelatione diuina immediate: de aliis cōsāguineis nō ē tanta difficultas: ¶ Ad aliā cōfirmationē patet solutio ex dictis ꝙ iniusta esset sentētia iudicis, & dato ꝙ cōdēnaret ad mortē per famē debet recipere panē: si posset habere: ¶ Ad vltimum casū ē bona apparētia ꝙ talis in casu deberet occidere se, sed scd̄m cōmunē resolutionē doctoꝝ, dico ꝙ talis debet sese offerre tyranno ad hoc ꝙ occidatur: sed nō debet infligere mortem sibiipsi,

¶ Cōtra aliam particulā bñ sequit̄ licet ꝓuocare alterum ad suā mortē. ergo licet ingredi duellū cōtra alteꝝ: qđ ē cōtra sequētē ꝑticulā, tenet cōseq̄ntia, quia si liceat ꝓuocare alteꝝ, ad bellum licet ēt illud quod sequitur ad prouocationem. Sed ad ꝓuocationem sequitur duellum, & mors igitur.

¶ Confirmatur ratio contra sequentē particulā rex nullam facit iniuriā rei publice, si duo petant ingredi in duello permittens eoꝝ conflictū, nec facit iniuriā petentibus, quia ipsi libere petunt & iniuriantur sibi ipsis. Prima pars pꝫ, quia stat ꝙ illi duo petentes cōflictū non possunt conuenire inter se nec amici cū amicis, & sic res publica est in perturbatione ex parte illoꝝ. ¶ Subcōfirma-

tur:si sit aliquis casus i quo licet permittere duelli eadem est ratio de quolibet alio casu. Sed per cõclusionem in aliquo casu licet:ergo i quolibet:antecedens patet,quia detur casus in quo licet. Forte dabis casum in quo essent duo exercitus qui i se ꝓsequũtur ad mortem exvtraqꝫ parte offerunt,ꝙ principes exercituũ cõgrediantur: & ex cõgressu eorum altero victo suus exercitus cedet alteri.

¶ Contra eodẽ modo potest contingere in aliis casib⁹,puta casu posito ꝙ sortes accuset platonẽ de crimine lese maiestatis:vel proditiõis patrie, & plato neget,& plato non potest se aliter purgare a crimine: nisi se offerẽdo ad duellum sicut passim contingit:ergo tunc licet duellare,&sic in quocũqꝫ casu i quo vnus alterũ de ꝓditiõevel crimine lese maiestatisaccusat liceret igredi duellũ.

Ad istud argumẽtum respondetur. homo ñ dꝫ ꝓuocare alterũ ad duellãduꝫ, sicut imaginat̃ rõ. Sed conclusio vult dicere,si vnus offerret duellum alteri ratione criminis quod alteri imponit alter debet respondere ꝙ est contra iusticiam sic congredi, quia est temptare deum, vt ostendatveritatẽ inter illos duos:modostat frequenter ꝙ illi qui habẽt iustã causaꝫ pugnãdi succũbent: ꝓpter causas occultas quas deus nouit:& etiã:qa de⁹ dimittitfrequẽter agẽtia naturalia agere scdꝫ innatam naturam cum actione generali: alias si ꝓstaret auxiliũ spẽtiale cõtinuo essent miracula,

rc de⁹ ꝯstrauit filios israel cum filistiis cū quibus habebāt iustā causaꝫ pugnādi, quia iniuste possidebāt terrā ꝓmissiōis datā filiis israel a supremo dño: in quarto regū, multa possunt assignari exēpla. sed qn̄ homo est ꝓuocat⁹ ad duellū debet dicere nescio qd dicis scio me inculpabilē. si velis iniuste cōgredi: in cāpis planis inueniemus nos vbi ostendet̃ resistentia virilis. ¶ Ad confirmationē nego antecedens ꝓ vtraqꝫ parte, pro prima facit iniuriā vni parti rei publice: quia alter illoꝝ habet iniustā causam: & exponit illū perditioni. secundo rex debet scire iura quomodo duellum est ꝓhibitum in iure ciuili: ꝓpter certas causas, quia semꝑ mali perturbarēt bonos, et fingerēt aliquā causā iniquā cōtra debitā: vt perdat corp⁹ & bona tēporalia. Itē est vna ratio bona nunq̃ iudex debet cōdemnare aliquē ad mortē nisi ꝓcedat scdꝫ allegata & ꝓbata. sed admittēs duellū equiualenter cōdemnat ad mortē sine testimonio sufficiēti Item ista cōseq̄ntia est bona iudex iuste ꝑmittit punire, ergo iuste punit. sed cōseq̄ns est falsum, qa vel ille cui imponit̃ crimē est criminosus vel nō. si scdꝫ interficit innocētē: si exponit illos duello: si primū n̄ dꝫ occidere se: sed se offerre ad sentētiā iudicis: si aliquid possit ꝓbari. ¶ Ad cōfirmationem dico: ꝙ nō est eadē ratio vtrobiqꝫ in primo casu, vt liberet̃ tota patria, & occisio multoꝝ suppositoꝝ eiusdeꝫ, debet homo particularis citi⁹ se exponere morti q̃ ꝙ tota res publica & ipsemet

destruantur simul, sic fecit Dauid cõgrediendo cũ Golia permissione saulis, vt totus popul⁹ israelic⁹ liberetur. Quid sit dicẽdũ ad alium casum qñ ali quis accusat̃ de crimine lese maiestatis: ptз qd sit dicẽdũ ex dictis ambo peccant qui cõgrediunt̃ & male morit̃, & peccat iudex admittẽs duellum. ¶ Cõtra correlariũ vltimũ arguitur volo ꝙ sortes sit dign⁹ morti: tunc sic lз iudici condẽnare eũ ad vnã mortẽ & nõ ẽ maior ratio de vna morte q̃ de alia, ergo põt eum cõdemnare ad omnẽ mortem & vltra ad quãcunqз mortẽ põt eum cõdẽnare & mori fame est aliqua mors: ergo ad talẽ mortem põt eum cõdẽnare. ¶ Forte dices & bene iudex põt cõdemnare aliquẽ ad hoc ꝙ moriat̃ fame, ta men si offerat̃ ei comestibile põt accipere dũmo do possit habere sine iniuria alterius, ymo ꝙ ma gis est tenet̃ accipere in casu, alias esset homicida suiipsius. ¶ Sed contra hoc replicat̃ sequeretur ꝙ aliquis cõdemnat⁹ morti puta ad suspendiũ tene retur fugere a custodibus: si possit, probat̃ sequela, quia potest medio licito saluare vitã suã: ergo te netur ad illud ꝑ tunc, tenet cõsequẽtia: quia si ꝓxi mus meus esset in extrema necessitate: si possum medio licito ei succurrere teneor. ergo a fortiori postq̃ ego sum in extrema necessitate & licitũ est michi fugere ad succurrendum michi ipsi: teneor michi succurrere & fugere. ¶ Ad istam replicam que est apparẽs respõdet̃ negãdo cõsequẽtiã, quia si cõsequẽs esset verũз: nõ esset ꝓbleumaticũ apud

ctores,vtrum sortes cõdẽnatus ad mortẽ possit manere & pati executionẽ iusticie:& qñ dices teneor succurrere ꝓximo existenti in extrema necessitate,veruꝫ est,& teneor etiã michi succurrere scꝫ patiendo iusticiã fieri ꝓ malefactis. Si dicas teneor manutenere vitam proximi & illam prolõgare si esset in extrema necessitate: ergo teneor prolongare vitã & fugere. Respondeo antecedẽs nõ est semper verum:vt si videã proximum iuste cõdemnatum ad mortem nõ teneor ꝓ tunc velle prolõgationem vite sue sic est de meipso in casu.

¶Sed adhuc arguitur ad idem sortes condemnatus ad mortem tenetur fugere vel manere. Sed non tenetur manere,ergo tenetur fugere,tenet cõsequẽtia, ꝓbatꝰ mior, quia si tenetꝰ manere sequitꝰ ꝙ qñ venit ad locum tormẽtoꝝ & nullus vult exercere actum iusticie circa illum tenetꝰ sẽp manere in illo loco quod nõ ẽ dicẽdum:

¶Pro respõsione sint ꝓpões.Prima ꝓpõ in aliquo casu sortes dãpnatus tenetꝰ manere.patet stat ꝙ nõ põt fugere nisi occidat custodes vel frangat carceres& i illo casu tenetꝰ manere q̃a nullũ illoꝝ potest facere sine iniuria alterius. puta reipublice vel custodis, ¶Scd̃a ꝓpõ sortes nunq̃ tenetur fugere post iustã cõdẽnationẽ licet possit fugere sine iniuria alioꝝ.& tũc fugiẽdo non male agit: Probatꝰ prima pars. si tenetꝰ fugere, sequeretur ꝙ peccaret manendo & patiendo penas condignas

suis demeritis: probatur secunda pars. quia stat q̄ ille qui est condemnatus morti intendat meli⁹ satisfacere rei pub. q̄ possit satisfacere per mortē suā puta pugnando contra hostes fidei vel intrando religionem, & tunc licite potest esse fuga, dices talis fugiendo aufert a re pub, quod est suum quia postq̄ talis est condemnatus: corpus eius non est suum Sed rei pub. ergo non potest licite fugere. ¶ Respondetur q̄ dominium naturale corporis sui apud ipsummet manet. sed dominium ciuile & vsus corporis est pro re publica. Propterea si non custodiatur diligēter a re publica debet negligentia superioribus rei publice imputari.

FINIS.

¶ Explicit opusculum in Morali philosophia bipartitū a magistro Guillermo Manderston Scoto diocesis sācti Andreę. nuperrime impressum Parrhisijs, Anno a Natiuitate domini Millesimo quingentesimo vicesimo tertio, Die vero decima quarta Ianuarij.

MANDERSTON

OPUSCULUM IN MORALIS PHILOSOPHIA


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm